dictionibus asserit scriptā pbedrū pmo illū scripsisse fama est  
Habet q̃ppe questio illa non nihil iuuenile: Porro dicearchus  
totum id scribendi genus: ut graue ac molestum carpit Pla-  
tonem tradūt cum uidisset quendā aleis ludētem arguisse &  
cum ille q̃ me in paruis reprehendis diceret respondisse. Ac est



consuetudo non modica Rogatus an ipsius monumēta secu-  
ti superiorū futura essent Primū inquit cōquirere oportet no-  
men Tum plurima suppeditabunt: Ingresso aliquādo Zeno-  
crati cyde inquit hunc puerum: Nam ipse quod iratus sim ne-  
cuidam ueniseruorū delinquēti iam inquit uerberibus te con-  
cidissem nisi iratus essem Cum equo infedisset continuo descē-  
dit dicens ueteri ne equi ferocitate raperetur ebriis cōsulere  
solitus erat ut speculo studiose intuerentur eiusmodi statim a-  
feditate discessuros potare usq; ad ebrietatē nusq; dicere mo-  
nebat preterq; in diebus festis indultoris uiui dei. Somnus itē  
inmodicus illi displicebat In legibus deniq; ait Dormiens autē  
nemo ullius pretii est .ueritatem auditu suauiore in oībus que  
dicerētur Alii uera loqui iucundius omnibus dixisse putāt sic  
autem & de ueritate dixit in legibus preclarū quiddam est ue-  
ritas o hospes atq; durable: Verū id psuadere non facile uideēt  
Optabat insuper memoriā sui uel in amicis uel in libris relinq-  
Iocis & ipse utebatur plurimū Mortitur eo quo diximus mō-  
tertiodecimo philippi regis anno & fauorinus in tertio cōmē-  
tariorū refert a quo & increpitum fuisse illum theopōpus au-  
ctor est Mironianus isimilibus ait philonem meminisse puer-  
bū de platonis pediculis quasi sic ille defeceri: Sepultusq; est i  
academia ubi plurimum tempus philosophatus fuerat. Vnde  
& que ab eo fluxit secta academica est appellata: Corpus eius  
elatum honorifice & ab his q; eo cōueniāt cōditū eiusmoī fuit  
ipsius testamentū hec legauit plato atq; disposuit Enephestia  
deū fūdam cui ab aquilone uicina uia ē que ducit a templo ce-  
phisiadum ab austro heracleum enephestiadū ab ortu solis ar-  
chelstratus pbrearius ab occasu philippus cālidensis: Hunc au-  
tem nemini licitū sit aut uendere aut comutare sed sit adimāti  
filii Enerisiadumq; fundum quē emi a callimacho cui ab aq-  
lone uicinus est eurimedon mirrhinus ius ab austro demōsta-  
tus Zipeteron Ab oriente eurimedon mirrhinus ius ab occa-  
su cephissus Argenti minas tres argēteam phialam appendē-  
tem dragmas cētum sexaginta quinq; Cymbiū pōderis drag-  
marū q̄draginta quiq; Anulū aureū & in aurem aureū utraq;  
dragmas quattuor & tris obolos pendētia Euclides Latomus  
mibi debet minas tres Dyanam dimitto liberam famulos re-  
linquo tychonem biestam apollonidem & dyonisiū suppelle-  
ctilem & uasa scripta quorū habet exemplar demetrius Nul-  
li autem quicq; debeo Curatores erūt softhenes pseusippus de-  
metrius hegias: eurymedon: callimachus atq; thrasippus: hoc  
testamētū ipsius exemplar sepulchrū eius cōpluribus illustre

epigrāmatibus discipuli fuere Speusippus atbeniensis Zeno/  
crates chaledonius Aristoteles stagirites philippus opuntius  
estigeus perinthius dyon Syraculanus Amicleos Heracleotes  
Erastus & coriscus scaepsi Timolaus cyzicenus Eueon lam/  
facenus Pithon & heraclides eni hippothales & calippus ate/  
nientes demetrius amphipolites heraclides Pōticus & cōplu/  
res alii: Cum his & mulieres due Lastenia manthiena & axio/  
thea pblasia que ut dicearchus auctor est uiriliter utebant ueste  
Theophrastum item illius fuisse auditorē quidam referunt  
& hyperidem oratorē chameleon & licurgum ait polemo &  
demonsthenem scribit ipsius fuisse studiosum. Sabinus item in  
nescistratū thasium in quarto de meditatione libro & est id q  
dem omnino uerisimile. Verū enim uero cum platonis imp/  
mis studiosa sis Idq; haud sane iniuria philosophiq; summi dog/  
ma peculiari quodam amore ac studio p̄ceteris indagare per/  
gas opere pretium existimaui Et sermonū illius naturam &  
dialogorum ordinem & persuasionis aut inductionis uim pro/  
uiribus ueluti per elementa capitulaq; dirigere uti neq; de il/  
lius uita collegimus dogmata quoq; siue decreta desiderētur  
alias quippe iuxta puerbum

sic ea que per sp̄ties distribuūtur enarrare omiserimus Dya/  
logos itaq; primū Zenonem eleaten scripsisse ferunt Aristo/  
teles in p̄mo de poetis Alexamenū scyreum siue teium sicut  
& fauorinus in cōmetariis tradit Ceterum meo quidem iudi/  
tio id genus expoliuit eatenus rude atq; perfecit Ita non so/  
lū ornatē & expolite orationis uerū & ipsius iuentionis dig/  
nissime sibi primatum uendicat Est autem dialogus ex iterro/  
gatione & responsione cōpositus de ea re que uel philosophia  
uel rei publice partes attingat cū decenti & congrua exp̄ssi/  
one personarum que assumūtur: accurataq; compositione uer/  
borum Dialectica est disputandi ars per quam aliquid aut pro/  
bamus aut improbamus ex interrogatione itidē: & respōsio/  
ne differentiū Enim uero platonice orationis geminus stilus  
est uterq; sūmus Alter ex iis instituit atq; imbuit appellatur.

id ē itroductiuus alter iūquiredo uersatur dicitq;  
indagatiuus. s. primus ille in duo distinguūt gene/  
ra Alterū in speculatione consistit Alterum i actione p̄mū  
in naturale ac rationale secūdum imortale acciūile diuiditur  
porro secūdus ille eque in duas sp̄ties scinditur p̄maḡ exer/  
cetur uocaturq; gymnastica secūda i cēraminibus est & ago/  
uistica dicitur. ginnaſtice itidem bypartita diuisio est Altera  
uelut incunabula exercitationis fouet uocaturq; Maecutica



Altera iam suis uiribus nititur tentatq; qd possit & Pirastica dicitur Agonistice item est biptita distinctio Alia demonstrationi inseruit & Endictica uocatur: Alia uertit orationem & anatreptica dicitur: Neq; sane nos fugit plerofq; platonis dialogos aliter ac nos distinguere dicunt ex his alios dramaticos qd quasi poema uideantur imitari Alios quod narrationi inseruiant diegematicos mixtos alios appellant Sed ea sane distinctio dialogorum scene quam philosophorum schole uidetur accommodatior Sunt ex his quidam philicam tuentes partem ut Timeus Logicen ut politicus cratylus parmenides & sophista: Sunt qui moralem asserunt ut apologia criton phedon phedrus simposium menexenus clitophon epistole Philebus hipparchus & ansteraste ciuilem res publica leges minos epinonius & antbelanticus Meeuticam astruunt alcibiade duo theages lisis laches pirasticam menon ion carmides theateus endictica protagoras Anatreptica eutbidenus hippie duo gorgias Dedylogo quid nascitur & quenam sint eius differentie hactenus Quoniam uero infinita contentio est aliis dicentibus ipsum dogmata inferre aliis negantibus age de his quicq; uideamus Dogmatiste proprium est dogma asserere sicut & legiferi leges instituerere Porro dogmata siue decreta indifferenter uocantur & que opinamur et opinio ipsa. Quod opinamur propositio est. Opinio autem suspicatio siue opinatio Plato igitur que percepat ea exponit que uero sunt falsa coarguit De rebus incertis assensio nem retinet Atq; de his quidem que ipse opinatur quatuor inducit personas differentes socratem timeum atheniensem hospitem peregrinum Eleatem: Sunt autem peregrini non ut quidam opinantur plato & parmenides sed figmenta sine nomine sunt Denique socratis atq; timei uerba dum loquitur decreta infert plato: Qui mendacii coarguantur inducit thrasimachum callidem Polum gorgiam protagoram hippiam atq; eutbidemum & huiusmodi ceteros at uero cum probationibus & argumenti conclusionibus locus est plurimum utitur inductione earum non unica sed bipertita Est enim inductio oratio & ueris quibusdam simile sibi uerum proprie colligens atq; inferens: Eius sunt species due que ex contrario fit et que ex consequenti. Que igitur ex contrario fit eiusmodi est ut interrogati circa omnem responsionem contrarium inferat. Ut exempli causa pater meus aut alius est quam pater tuus aut idem. Si igitur alius est pater meus quam pater tuus cum sit alius quam pater non erit pater Si idem est quam pater meus idem existens quam pater meus meuserit pater & rursus Si animal homo est Lapis aut lignum erit. Non est autem lapis aut lignum Aiatufq;



44  
quippe est et ex se ipso mouetur animal igitur est. Si autem animal  
est animal uero canis & bos erit & homo animal & canis & bos &  
hac igitur inductionis specie que per aduersationem fit ubi rixae lo-  
cus est uti Plato non ad afferendum dogma sed ad refellendum  
quod falsum fuisset obiectum est & alia ipsius species que per consequens  
& ea duplex altera quidem id quod in parte queritur per id quod est in  
parte demonstrat altera quod uniuersaliter per id quod in parte est  
probat por illa oratorum sequens dialecticorum est: Queritur in primo  
an iste occiderit Argumentum est eotempore repertum esse cede-  
cruentum est autem ut diximus oratorum species Quippe rhetorice  
uis & officium est circa particularia non circa uniuersalia uersari  
Querit enim non de iure ipso uerum de particularibus iustis: Reli-  
qua uero dialecticorum: probat quippe uniuersum per partes puta  
queritur an sit immortalis anima & an ex mortuis uiuentes sint  
quod in libro de anima probat per uniuersale quoddam quod con-  
traria ex contrariis fiant. Idque ipsum uniuersale ex quibusdam  
particularibus conficitur ut puta somnus ex uigilia itemque ma-  
ius ex minore & e contra Hac autem specie utebatur ad afferenda  
que percipisset. Nam ut olim in tragoedia prius quidem chorus solus  
agebat. Postmodum uero thespis unum inuenit histrionem ut cho-  
rus interdum requiesceret. Secundum postea Eschilus adiecit &  
tertium Sophocles Atque in hunc modum tragoedia consummata  
est ita & philosophice ratio dudum unam circa tantum physicam speciem uerte-  
batur Accessit socrates & solitarie eatenus philosophice adiecit ethicam  
Tertiam plato dialecticam addidit & consummato philosophice operi ex-  
tremam manum & culmen apposuit. Thrasylus autem asserit illum  
iuxta tragicum quadriloquium dialogos suos edidisse Tragoedi  
quippe quattuor poematibus certabant dionysius leneis Panathe-  
neis chytis Erat autem quartum poema satiricum porro quattuor po-  
emata quadriloquia appellabant Sunt igitur omnes eius dialogi de  
quibus nihil abigit quinquaginta sex res publicae in decem diuidit li-  
bros quam & apud Pythagoram totam ferme inueniri in contradictioni-  
bus tradit fauorinus in secundo oimode historie Leges in xii di-  
uiduntur. Sunt autem eiusmodi quadriloquia nouem numero legi-  
bus uno uolumine & rei publicae libris in uno itidem inclusis Primum  
igitur quadriloquium ponit quod communem hypothesein habere uideatur  
ostendere quidem uolens cuiusmodi esse debeat uita philosophice duplicique  
in libris singulis in scriptione utitur Altera ex nomine & re al-  
tera ipso sita huius quadriloquii que prima est in capite ponit euti-  
phron siue de sanctitate siue iustitia Est autem ipse dyalogus  
hunc sequitur socratis defensio moralis Tertio  
loco crito siue de eo quod agendum est moralis Quarto pbedo



siue de anima moralis In secūdo pponit cratylus siue de recti-  
 tudine nom logice ptes agēs theetetus siue de disciplina  
 Sophista siue de eo quod ē Logicus politicus siue de regno lo-  
 gicus in distributione tertia ponit pmo loco Parmenides siue  
 de ideis logicus. Secundo philebus siue de uoluptate moralis  
 Tū sympoliū siue de bono moralis Postremo phedrus siue de  
 amore moralis In quarto pponit alcibiades pms siue de hoīs  
 natura Alcibiades secūsus siue de oracōe  
 hyparchus siue de lucri studio moralis Quinte pferē i capite  
 theages siue de phia Ac deinceps charmides siue  
 defrugalitate Laches siue de fortitudine  
 Lysis siue de amicitia Sexte princeps est Euthide-  
 mus siue contētiōsus anatrepticus Tū ptagoras seu sophiste  
 endicticus Gorgias siue de rhetorica anatrepticus Menon si-  
 ue de uirtute Septime pponit hippie duo de ho-  
 nesto por sequēs de mēdatio ambo Ion siue de ili-  
 ade Menexenus siue epitaphimus moralis: Octa-  
 ue pmū sibi locū uendicat clitophon siue Inductiuus moralis  
 cū respub. siue de iure ciuili Timeus siue de natura physicus  
 critias seu moralis: Nōne p̄sidet minos siue de lege  
 ciuili Leges siue deferēda lege ciuili Epinonius siue noctur-  
 nus cōuentus siue phus ciuili epistole tredecī morales qbus p-  
 ponebat Epicurus aut Cleon uero: Ex his una est ad aristode-  
 mū Ad arclutam due ad dyonisiū quattuor Ad hermiā & era-  
 stum & coriscū una Ad leodamātem una ad pdicā una Ad dio-  
 nis necessarios due. Est aut huiusmodi iuxta thrasilū librorū il-  
 lius distinctio Cuiq; pleriq; accedūt Alii aut ex qbus & aristo-  
 phanes grāmaticus ē intriloqa eius dialogos ita distribuūt pri-  
 mā ponūt cui p̄sit respub. timeus critias Secūdam cui sophista  
 politicus cratylus: In tertia leges statunūt minoē & epinomi-  
 da In quarta theaetē euthyphrona defētiōē In quita phedo-  
 nē critonē epistolas. Cetera singula & sine ordine ponūt In ci-  
 piūt quidā ut pdiximus a re publi. Alii a maiore alcibiade ple-  
 rig; autē a theage Alii ab euthyphrone nōnulli a clitophonte  
 Quidā a timeo alii a phedro. Sunt itē qui a theaeteto icipiant  
 Sunt itē qui a defētiōe: Ex is autē dialogis qui platoni inscri-  
 bunť hi sine ulla cōtrouersia adulteri sunt Midon siue hippo-  
 strophus eryxias siue erasistratus alcion acephali siue siphus  
 axichrus pheaces demodocus Chelidon Septia epimenides ex  
 his alcyon leontis cuiusdā esse ferē ut fauorinus i quinto com-  
 mentariorū refert Enimvero noibus utiē uariis uti ne illius  
 opera impitis & rudibus cōspicua sit pprie tamen sapiētiam



esse arbitrat earū rerū que intelligētia cōm̄bendunt & itel  
ligibiles dicunt & que uere sunt scientiam quā de deo ait ani/  
māq; a corpe disiunctā Proprie uero sapiētīā & p̄hiam uocat  
appetitionē quandā ac desiderīū diuine sapiē Cōmuniter apud  
ipsum sapiētia dicit̄ etiā omnis peritia Vt cū uerbi gratia Sa/  
pientē uocat artificem: Vti & eisdem sepe noib; in signifi/  
cādis uariis rebus. deniq; apud illū: Etiā p̄ simplici ponit̄ sicut  
& apud euripidē Vti eo plato quādoq; & p̄ pulchro & hoēsto  
aliquādo p̄ paruo Sepe uero & uariis noib; utitur in eadem  
significatione Namq; ideam & spēm nominat & genus & ex  
emplar & initiū et causā. Vti & cōtrariis uocibus ut idē sig/  
nificent Deniq; sensibile & quod est et qd̄ non ē dicit̄ esse qd̄ ē  
p̄pter generacōem nō esse aut̄ p̄pter assiduā mutationē Ide  
am itidem appellat q; neq; mouet̄ neq; manet & idem et unū  
& multa Idem uero & in pluris facere solitus ē. est aut̄ libro/  
rū eius triplex expositio Primo enī docere oportet eorumq;  
dicunt̄ unūquodq; qd̄ sit. Deinde cuius rei gratia dictum sit  
Vtrū ex p̄cipali intētione an uero in similitudis pte siue ad  
dogmatū assertionē siue ad refellendū cōtra differentē Ter  
tio uero an recte dictum sit Verū enim quoniā ipsius libris &  
note quedā apponūtur Age de his quoq; pauca loq̄mur. Litte  
ra ad dictiones ac figuras assumit̄ p̄sulq; ad platoniam con  
suetudinē xx dupliciter ad dogmata opinionisq; .x. p̄ctis un  
diq; illustre ad electioresq; sententias ornatulq; uerborum  
apponit̄ Duabus ex p̄tibus p̄cto appposito ad quorūdā emen/  
dationes adhibet̄ x obelus tum p̄ctis ad inania queq; & uilia  
lugulādā p̄ponit̄ Antisigma cū p̄ctis ad usus duplices se/  
riptioneq; trāslationes adhibet̄ Cerauniū ad phie institu/  
tionē assumit̄ Asteriscus ad cōueniētīā dogmatū obelus  
ad im̄p̄bationē Sunt igit̄ eiusmodi note hicq; librorū nu  
merus ut antigonus etiam caristius in libro quē nuper de Ze  
none edidit refert Ea siq; dignoscere āte uoluisset mercedē  
his q; docerēt p̄debat que illi uisa sunt eiusmodi fuere imorta/  
lem ēē animā & de corpibus ad corpa p̄petuis uicibus migra/  
re eiusq; initiū cōstare numeris. Corpis principiū geometrie  
itē cōstare rōe Diffiniebat eā ideā ēē penitus remoti spūs seip  
sam mouētē et motū p̄stantē corpi et esse triptitam Ratio/  
nalē ipsius pte sitam in capite irascibilē in corde incōcupiscibi  
lem in umblico & iecore cōsistere Continere itē ex medio se  
per corpus p̄ gyrū atq; ex elemētis cōstare diuisamq; secūdū  
harmonie interualla duos orbis efficere cōiunctos. Ex his in  
teriorē circulū i sex alios scindit̄ septē reliquos circulos facere



Eūq; iuxta diametrum ad leuā intrinsecus habere sedem Alte  
rū uero secundū latus ad dexterā Ideoq; ipsum obtinere q; sit  
unicus Alterūq; ppe interius in pluri esse diuisum Atq; hunc  
ipsius illos alterius esse dicēs hāc qdem animi illā uero uniuersū  
si esse motionē erratiūq; siderū motus cū autē ita se habeat ea  
q̄ ex medio fit scissio sibi ad extrema cōgruēs atq; coniuncta  
nosse queq; sunt atq; aptare eo q; in se ipsa p harmoniā elemēta  
habeat & opinionē qdē fieri secundū alterius circulū se subri  
gentē scientiā uero secundū aliū q; sit eiusdē duo oīno esse re  
rū principia Deum atq; materiā Illum & mentē et causā ap  
pellauit Esse autē materiā informē & infinitā ex ea cōcrecōes  
fieri eā cum aliquādo temere & inordinate mouerēt a deo i lo  
cū unū coactā q; ordinē temerati p̄stare cōsuerit Porro huius  
modi essentiā in q̄ttuor elemēta cōuerlām ignē aq̄ aerē terrā  
Ex his mūdum ipsum & queq; in eo sunt nasci solū terrā ait i  
mutabilē causam esse putās figurā ipsius ex qbus cōstet diffe  
rentiā Aliorū quippe figuras eiusdē generis dicit Composita  
enim oīa ex uno oblōgo triāgulo Terre uero p̄priā esse figu  
rā Ignis deniq; elemētum esse pyramidē aeris quod octaedrū  
dicit aque icosaedrū terre aut cubum Quo circa neq; terram  
in ista mutari neq; in terrā ista cōueri Nam autē suis locis dis  
creta esse singula q; circūferentia cōstringēs & ad mediū co  
gens parua cōponit Ea; que maiora discernit Atq; ideo cum  
speties mutēt & loca mutare Mūdū unū esse geitum nam  
& sensibilis ē adeo cōditus . Animatūq; esse q; p̄stantius regat  
q; animatū ē q̄ si careret anima . Huiusmodiq; opifitiū sup̄me  
cause subiectū Vnūq; conditū fuisse nō infinitum q; etiā ex  
emplar ad quod creatus fuerit unicū sit . Esse autē ad spherē  
similitudinē rotundū quod cōditoris ea quoq; figura sit . Illum  
quippe cēteras cōtinere animātes Hunc autē omniū figuras  
legem itidē & absq; ullo p̄gyrū instrumēto q; huiusmodi nul  
lus sibi usus sit Immortale p̄terea durare mūdum eo quod nō  
dissoluāt in deū Ac totus quidē generacōis causā esse deum q;  
summū bonum ipse sit aucto; bonorū: porro celi generatio  
nis auctore ipsū deum . Eius quippe quod sit in rebus cōdi  
tis pulcherrimum eum esse cōditore quē intelligibilium oīm  
cōstet eē p̄stātissimum itaq; quoniā huiusmodi deus ē celum ue  
ro p̄stātissimo illi simile est quoniā pulcherrimum cernit nulli  
creaturā erit simile sed deo soli . Cōstare uero mundum ex ig  
ne aqua aere & terra . Ex igne qdem ut uisibus sit ex terra ut  
solidus ex aqua & aere ut p̄portione nō uacet nāq; solidorum  
uis duobus maxime mediis p̄portionem sumunt ut unum fiat



hoc totum Ex omnibus aut ut perfectum atque immortale sit Te-  
 pusque sempiterni imaginem fuisse idque semper manere Celi autem  
 motum tempus esse Noctem quippe ac diem & mensem & huiusmodi  
 cetera esse temporis partes Idcirco absque mundi natura non constare tem-  
 pus: Simul enim atque conditus fuerit & tempus illi affuisse Por-  
 ro ad temporis generationem & solem et lunam & errantia facta: Ve-  
 uero horarum manifestus & certus esset numerus animantesque nu-  
 meri non essent exortes accedisse solis radios deum lunam supra  
 eminentem terre circulum ferri solem propinquo huic orbi affigi in  
 superioribus uaga sydera ferri esse prout animatum quia sit ani-  
 mato motui deuictum & alligatum Vt autem perficeretur hic mundus  
 essetque similis intelligibili animati aliorum quoque animalium condi-  
 tam esse naturam. Quoniam igitur ille habebat: celum quoque ut ha-  
 beret operum partem fuisse Deos ergo esse ut plurimum igneos Esse  
 autem & reliqua genera animantium tria uolatile aequale terrestre  
 Terram esse antiquissimam omnium que diei noctisque tempora & uices  
 uariaret eam cum media sit circa medium moueri: Quoniam ue-  
 ro cause inquit due sunt alia quidem constantiam ac firmitatem esse  
 alia uero necessaria ex causa creata dicendum Sunt autem ista aer  
 ignis humus humor quequidam non exacte erant elementa sed id capi-  
 piendum apta Hec autem ex triangulis constare compositis atque in  
 ipsos dissolui esse autem ipsorum elementa & porrectum triangu-  
 lum & equilaterum initia igitur & causas rerum esse duo que predictimus  
 quorum ex parte esse deum ac materiam Id uero informe esse ne-  
 cessario sicut & alia preceptioni accommodata Horum autem causam ex  
 necessitate esse quippe preceptis quodammodo ideis essentias gigni  
 nere ac per potentie dissimilitudinem moueri motuque suo que mo-  
 uentur ex ea e contra mouere Porro ista quidem primo in rationabi-  
 li & inordinato motu agitari ac ubi specus exhiberi cepta de-  
 bitum ordinem & modum ex deo accepisse Causas enim & ante ce-  
 li creationem duas fuisse Tertia uero generationem eas tamen per  
 obscuras uestigiis dumtaxat & incompositas & eis itidem per-  
 fectum mundo accessisse ordinem: ex omnibus uero que subsisterent cor-  
 poribus factum esse celum opinatur & deum sicut & materiam in cor-  
 poralem esse Sic enim & corruptione & perturbatione nulla om-  
 nino temptari ideas ut predictimus causas quasdam atque principia po-  
 nit ut huiusmodi sint que natura consistunt qualia & ipsa sunt  
 Enim uero de bonis ac malis ita differebat finem esse deo similem  
 fieri Virtutem sufficere quidem ad bene beatique uiuendum ceterum  
 instrumentis indigere corporis bonis robore sanitate integri-  
 tate se sum & ceteris id genus exterioribus itidem puta opibus  
 claritudine gloria & huiusmodi ceteris ea & si non affuerint



Nihilominus tamē beatū fore sapientē Accessurū itē ad rē/  
pub. uxorē ducturū legesq; positas non p̄uaricaturū. Laturū  
īsupē patrie sue quātū potuerit cōmodas leges Idq; nisi p̄sū/  
mā plebis differētiā operā suā reipub. iudicari iutilē fore ar/  
bitrat & deos huāna cernere atq; curare & demones esse No/  
tionēq; honesti prius declarauit que a laudabili & rōnali utili/  
q; & decoro & cōgruo nō discernere ē ea oīa id quod p naturā  
sit cōsequens ac p̄ confesso habeatur attingere Desertuit de/  
rōne et rectitudine noīm atq; adeo rite respōdendi et inter/  
rogādi scientiā p̄or ipse cōstituit & effatū uisus. Porro in dialo/  
gos diuinā quoq; iustitiā legē arbitratus est ut ad operādū po/  
tentius persuaderet ne post mortem penas improbiuerent.  
Quocirca eū pleriq; fabulosū putauere q; eiusmodi narracōes  
iterdū suis scriptis iterferit ut p̄ obscurū modū q; ista post mor/  
tē sic se habeāt admoniti mortales iura uiolare p̄timeſcāt atq; ī  
hūc modū ille opinatus est istaq; ei placere: Distribuebat autē  
ut ait aristoteles humana bona tripliciter Alia q̄ppe in anima  
alia in corpe Alia extrinsecus cōstare asseuerās puta iustitiā  
prudētiam fortitudinē frugalitatē & cetera id genus in aīmo  
ponebat pulchritudinē & habitū p̄clarū sanitatem & fortitu/  
dinē in corpe Amicos autē & patrie felicitatē atq; diuitias iter/  
exteriora numerebat: Bonorū igit̄ tria esse genera alia in aīā  
alia in corpe alia extrinsecus. Tres item esse amicitie sp̄ties  
naturālē aliā aliam socialem atq; aliam hospitalem naturalem  
qua parentes natura instinctu liberis afficiūtur Cognatig; al/  
terutrum diligunt. Eam uero in ceteras quoq; animātes esse  
diffusam Sotialem siue sodalitiam quā sine ullo cōsanguinitatis  
uinculo sola cōsuetudo conciliat cuiusmodi piladis et horestis  
fuisse memorať: hospitalem quā ex cōmendatione uel litteris  
hospitibus iūngūtur Addunt pleriq; quarto loco et amatoriā  
ciuitatem idētidem in sp̄ties quinq; distinxit: aliam popula/  
rem aliam quam optimates agāt. Tertiam que diffundantur  
in paucos Regiam quartā quintā Tirānicam popularē rem/  
pub. in eis esse ciuitatibus in q̄bus ad imperiū multitudinis agiť  
res eiusq; nutu magistratus eligūtur et p̄ illius arbitrio pouū/  
tur leges aristocraticam ubi neq; diuites neq; paupes neq; no/  
bilitate uel gloria illustres dominātur. Verū soli q; sunt in ci/  
uitate optima rem administrāt oligarchiam quādo a censibus  
magistratus eligunt̄. Sunt enim pauiores paupibus regnum  
bifariam scindi Aliud enim secūdam legem. Aliud secūdam  
genus esse secūdū legē cōstare Cartaginēsiū regnū Anna/  
le quippe esse Lacedemoniorū uero macedonum secundum



44  
genus habent enim regni stirpem aliquā Tyrannidem dici cū  
ipulsi et i adacti ciues iugū dnacōnis uolēter admittūt iustitie  
subinde tria eē genera aliud circa deos aliud circa hoīes aliud  
circa defunctos uersari: Nam & qui sacrificia secūdem leges  
fatiūt sacrarūq; rerum curam habent: Religiosi circa deos ac  
pii sunt. Qui uero mutua depositaq; restituūt iusti ergo hoīes  
sunt quiaūt uita functis iusta persoluūt tertiam illam iusticie  
partem exequūtur Discipline similiter tris esse speties Aliā  
quidem in actione cōsistere & practicen dici Aliam ex operis  
effectu constare & appellari effecttricem Tertiam specula/  
tioni studere & theoricen uocari & edium qdem nauūq; stru/  
cturam ad effecttricem illam ptinere: Videre qppe in pmtu  
est opus consummatū Ciuitatem uero & tibiātū cantus pnl/  
susq; cithare & huiusmodi cetera practice subesse Neg; enim  
consummato actū quippiam remanet quod oculis subiectum  
sit Ceterū in ipso actū uis omnis est: Itaq; alius tibiis alius fidi/  
bus canit alius rem pub. gerit: Porro geometria & harmonia  
et astrologia subintelligētiam cadunt et speculationi tātum  
modo inserviunt. Neg; enim consummato actū qppiam rema/  
net uel agūt uel effitiunt quicq; Sed geometra quidem soller/  
ter ut sese habent ad inuicem linee harmonitus phthongos id  
est sonos ratione diiudicat astrologus sydera contēplatur atq;  
celū medicine item quinq; speties esse aliam quippe dici medi/  
cabilem que morbis medicamento potionē subueniat aliā chi/  
rurgicam que sectione & uisione curet tertiā que sola uictus  
ratione arceat egritudines appellariq; dieticen quartā que ex  
celeri discretionē morborū succurrat egris uocariq;  
Quintā adiutricē dici quod strenuo auxilio doloribus cōtinuo  
liberet legis: item geminam esse distributionē: Alterā scrip/  
tam inscriptam alterā porem illam esse ciuilem que uero in/  
scripta uocatur eam a natura et usu pificisci puta nudum in fo/  
rum pergere Feminēaq; uti ueste nulla scripta lege phibet  
sola id inscripta: naturalisq; uetat lex. Orationē qumaria diui/  
sione distingui Esse ienm eius aliud genus quo utunt incōtio/  
nibus hi q admistrant rem pub. idq; ciuile appellari Aliud quo  
utūtur oratores demonstrationi inserviētes dū uel laudāt uel  
uituperāt uel accusant quempiam. Esse uero id genus orato/  
riū Tertium quo puati inuicē colloquunt dicig; puatū. Quar/  
tum quo breui rogantes atq; respōdentes interrogātibus u/  
tunt uocariq; id genus dialecticum. Quintū quo artifices dū  
de sua arte disserūt loquunt appellariq; id artificiosū Musice  
tris esse diuisiones ex iis aliā uoce sola constare ut cantū; aliā



uoce simul et manu ut cum neruorū pulsibus oris modulacōe  
concinimus Tertiam solis manibus pfici ut cū silente oris or/  
gano citharā pcutimus Nobilitatē quattuor in speties diuidi  
Quippe qui claris bonis iustisq; maioribus fuerint exorti: eos  
nobiles profecto esse: quorū item parētes potentes ac prin/  
cipes fuere eos itidem nobiles dici. Tertio deinceps loco uo/  
cari nobiles quorū sint aut fama & opinione celebres quā uer/  
bigratia uel ex bellicis rebus pclare gestis uel ex certaminū  
coronis reportauerit. Quartū esse nobilitatis genus idq; pre/  
stātissimū cumq; per se animi ingenuitate & magnitudine ex/  
cellit Hunc enim pfecto ueraciter appellari nobilem cui nō  
aliena sed sua uirtus ad nobilitatē opituletur pulchritudinem  
Item in tria genera distingui: aliā quippe esse laudabilem ut  
formosam fatiē aliā quoq; usui deservire ut instrumentū & dor/  
mū ea quippe pterq; q; spetiosa sunt usibus nostris accommoda/  
ta sunt: Tertiā legibus studiisq; constare eamq; humane uite  
cōmodis maxime consulere. Anime tres itidē partes esse aliā  
enim rationālē: aliam cōcupiscibilem: irascibilem tertiā ratio/  
nalem sedem esse cōsiliū cogitationis & huiusmodi reliquorū.  
Concupiscibilē esse appetēdi cibi uel cōgressus & similium cau/  
sam: Irascibilem uero confidētie uoluptatis doloris & iracun/  
die auctorē esse pfecte consumateq; esse speties quattuor: p/  
mam prudentiā. Secūdā iustitiā. fortitudinē tertiā. qrtā  
tempantiā Ex prudentiā recte agendarū causam esse: Iu/  
stitiam uero inter consortia & huāne uite cōmertia non uiolā/  
di iuris auctorem. Fortitudinē autē ne inter pericula & ter/  
rores a iustitie tenore deuiemus efficere. Porro tempantiā  
nos ad frenādas cōcupiscētias ut a nulla uoluptate subigamur  
honesteq; uiuamus sua nobis legē pscribere principatus item  
quinariā esse distributionē: Aliū quippe esse legitimū. natu/  
ralem alium: alium secūdum cōsuetudinē: quartū secundum  
genus quintū uiolentum. Deniq; magistratus ciuitatū si eli/  
gant a ciuibus secūdum legem picipantur per naturā uero  
mares ubiq; gentium nō modo inter homines uerū inter ani/  
mantes quoq; feminis presunt. Ex cōsuetudine uero & peda/  
gogi pueris & magistri discipulis imperant: Per genus autē  
Lacedemonū reges dominantur. Fluxit enim a gente aliqua  
apud eos regnum Eodem modo & apud macedones reges im/  
perant qppe & illic regnū ex genere institutū est porro qui  
coactis ac per sumnā uim impulsis ciuibus inuitis regnant hu/  
iusmodi puim domināt bec qnaria principatus distributio ora/  
torie sex speties tradit. Nam quotiens iusserit orator bellum



45  
arripere & auxiliū cōtra aliquem ferre id genus uocat adhortatio. Cum uero quietē agere neq; bellare neq; opē ferre monuerit appellatur ea speties debortatio. Tertia subinde speties cum quis se a quolibet iniuriis affectum & cōplura incommoda p̄pessum docuerit eiusmodi uero uocat accusatio. Quarta speties defensio dicitur cum scilicet Is qui accusatur se neq; uiolasse ius neq; aliud quicq; tenere & nequiter egisse p̄parit. Quinta deinceps speties cum q̄s bene & cōmode dixerit. Hone stūq; ac bonū p̄dicauerit eaq; laus siue laudatio dicitur. Sexta deinde cum turpe ac malū docuerit & hec uitupatio potest appellari. Recte dicere ī quattuor scindit: p̄mum enim quid dicere oportet obseruādū monet. Secūdo q̄ multa dicere tertio ad quos quarto quādo sit dicendū. ea igitur oportet dicere que utilia futura sint & dicēti & auditoribus. Modū etiā seruare indicendo conuenit ut neq; nimis multa neq; pauiora q̄ satis dicantur. adhibenda & p̄sonarū ratio ut si q̄de mad peccātes seniores dicendū sit. Verba illa etati congrua loq̄mur sin uero ad iuniores uerba fatienda sint maiore auctoritate utamur in dicēdo. Tempus item dicendi obseruandū ut neq; p̄us neq; posterius quam ratio exigit dicať. Alioquin p̄fecto uitii nō effugiet q̄ secus faxit. Beneficētia quadrifariā ip̄o auctore diuiditur. Aut enī pecuniis aut corpibus aut disciplinis aut uerbis beneficiū prestari. Ac pecuniis q̄dem beneficium constat cum quis egenos ut inopia liberentur pecuniis iuuat. Corporebus res tanta agitur cum se mutuo fouent homines & ab iniuria cēdētiumq; petulantia manu inuicem uindicant. Porro qui disciplinis liberalibus imbuunt uel medicine arte subueniūt uel boni aliquid docent. Tertio illo beneficētie genere utunt̄. At cum in iuditiū q̄spiam ingressus p̄ amico dixerit cūq; ui orationis adiuuerit hic beneficētie munus uerbis expleuit finem itidem rerum quadripartitum docet: Quippe res aut secūdū leges finē accipiūt ut cū decretum aliquod lege firmatur & impletur aut secūdum naturā finis rebus accedit. Nāq; & dies et ānus & anni tempa naturali lege decedunt. Aut secūdū artem finis obuēnit. Architectus arte consumat edifi-  
tium & nauīū fabricator artē itidem perficit nauem. Aut fortuito finis contingit ut cum secus ac putabamus & p̄ter opionem aliquid accidit. Aut igit̄ legitimus est rerum finis aut naturalis aut arte constat aut forte potentiā idē itidem quatuor in speties diuidit aliam quippe esse qua cogitare animo & opinari possumus. Aliam qua corpe ualemus & pergere & accipere et dare et cetera id genus. Tertiam qua uel pecuniarū



cōpia uel multitudine militū potentes dicunt. Vnde & magnā  
na potentia pollere dicitur rex. Quartā potentie distributio  
nem qua et facere ac pati bene & male possumus. Nam & in  
firmari et erudiri et cōualescere ualemus & huiusmodi omnia  
Primā itaq; potētie spetiem constare animo. secundam corpe  
tertiā exercitu atq; pecuniis quartā in faciēdo atq; patiēdo  
Humanitatē itidem triplicem inducit Aliam q̄ppe per saluta  
tionē fieri ut cū forte obuiū quemlibet huāniter quis salutat  
& dextram porrigens comiter excipit Aliam esse eius spetiē  
cū in casus uarios erumnasq; iactato quis opem clemēter im  
pendit: Tertium eius genus quo cēnas & cōiuiā inter se ho  
mines calebrant: aut igiſ salutationis offitio aut ope & auxilio  
aut cōiuiō frequentiq; cōgressu constare huānitatem Felici  
tatem quinq; partitam diffinit Primā eius ptem bene cōsulare  
secundam sensibus & bona ualitudine corporis uigere. Tertiā  
in rebus gerendis fortunatum esse. Quartum gloria & clari  
tudine apud homines excellere: Quintā pecuniis rebusq; ce  
teris ad omnes usus humanitatis affluere Primū illud ex eru  
ditione multarumq; rerum peritia & experimento contingere  
sequens ex corporis membris accidere: ut si quis uidet oculo  
lis: audit auribus: narium pretereā et oris sensu uiget et inte  
gritate membrorū que sensuum instrumenta sunt: Tertium  
inde prouenire si quis quod agere intendit ita egerit ut decet  
sapientem et strēnuum uirum: quarum illud scilicet glorie ce  
lebritatem opinione bonitatis emanare: Postremū rerum af  
fluentia est cū cui ad uite usus ita suppetat pecuniarū copia  
ut et amicos fouere beneficio et large ac liberaliter cūcta ne  
cessaria subministrare ualet. Porro cui hec suppetant omnia  
eum perfecte felicem ac beatū esse: Artes trifariam diuidit  
prima in effectiōne ferri et metallorū materiāq; cedenda cō  
stituit quod ista quasi pparet Secunda ex his confitiat aliquid  
puta ex ferro grarius arma fabricat ex lignis faber tibiās et  
lyras facit Tertia in usu earū rerum est. quippe equestris fre  
nis utitur armis bellica musica tibiis et lyra. Bonū in quattu  
or genera diuiditur. Primo bonum dicimus habere uirtutem  
Secundo uirtutē ipsam et iustitiam dicimus bonum. Tertio  
cibos et cōmodam exercitationē ac medicamētā. quarto de  
mum loco bonum dicimus tibiārum cantum bistrionicam atq;  
poeticam Eorū que sunt quēdam dicimus mala: bona alia: alia  
neutra Ex his mala esse que semper nocere possunt ut est iu  
dicii rationisq; priuatio demētia iniquitas & huiusmodi cetera  
Bona que his contraria sunt. Media quę neutrā ptem tuētur

46

deambulatio fessio cibiq; perceptio que omnino neq; prodesse  
possunt neq; obesse: ea uero neq; bona esse neq; mala Optima  
legum moderatio in tria diuidit: Primo si sint leges preclare  
& optime. Secundo si ciues eas leges que ita late fuerunt omni  
studio obseruent. Tertio si iuxta consuetudines ac studia quo-  
rumlibet positae legibus bene res pub. administrent. Est igitur  
prima pars eiusce moderationis ut sint leges optime Secunda  
ut intra illas maneat Tertio ut p̄claris consuetudinibus stu-  
diisq; uiuatur Contraria huic laudabili legem moderationi in-  
iquitas in tria itidem scinditur aliud ex iis est si sint leges pes-  
sime peregrinisq; & ciuibus noxie Aliud si his que sunt minime  
obtemperetur. Tertio si nulla omnino sit lex. Contraria tri-  
ariam ita diuiduntur puta bona malis contraria dicimus ut ius  
iniustitie sapientiā insipientie & huiusmodi cetera. Mala aut  
malis contraria sunt ut prodigalitas auaritie & iniusta pena in-  
iuste impunitati & cetera id genus mala malis contraria sunt.  
Porro leuia grauib; tardis uelotia & nigra cādidis media co-  
traria dicuntur. Bonorum tria sunt genera alia enim ex his ha-  
beri: alia participari: alia subsistere: p̄ma illa sunt que esse pos-  
sunt ut est iustitia & sanitas sequētia que haberi qdem neque-  
unt eorum tamē esse participes possumus puta bonum ipsum  
habere possibile non est neq; tamen est impossibile illius par-  
ticipatione frui Substantialia uero que neq; participationem  
admittūt neq; habere possibile est sed esse oportet ut p̄bum  
esse & iustum esse bonū est ea uero neq; habere neq; participa-  
re licet sed sufficere ut probum esse & iustū esse Et hec bono-  
rū est distributio Consilium itidem tripartitū est Aliud q̄pre-  
terito Aliud a futuro Aliud a p̄senti tempore sumit pre-  
teritum tempus exempla suppeditat dum attēditur quid cur-  
ant queq; gens passa sit ut caueamus aut qd prudēter egerit  
ut imitemur utpote quid passi sint Lacedemonii dum cōfidūt  
presens rem ipsam quem in manibus est cōsiderate admonet  
puta debiles muros homines timidos Annone caritatē & ce-  
tera huiusmodi Futurū prospicere suadet uti ne qd fiat teme-  
re habendā bone opinionis rationē ut non esse uiolandas sus-  
pitionibus legationes ne gretia gloriā honestatis amittat  
Vox in duo diuidit: est enim animata alia: alia inanimata Ani-  
mata qdem animatiū Inanimata uero sonorū atq; crepituum  
Porro aiata bifariā scinditur Est enim altera literata altera il-  
literata Litterata ut hominū illiterata ut animalium Eorum  
que sunt alia diuidua alia indiuidua dicimus. Diuiduorum uero  
alia sunt similia p̄tium Alia dissimiliū atq; indiuidua quidem



sunt queq; diuisionem non admittūt & simplitia sunt neq; ex aliquo composita ut monadem pūctum ac sonū indiuidua dicimus Diuidua queq; sunt ex aliquo composita ut sillabe & cōsonantie & animātes et aqua & aurum. Similiū partium sunt que ex similibus componūtur neq; totum a parte nisi multitudine differt puta aqua atq; aurum & cetera huiusmodi. Dissimilium ptium dicimus queq; ex dissimilibus constāt ut est domus & huiusmodi cetera. Eorū que sunt alia per se alia uero ad aliquid dicunt Et ea qdem per se dicimus que nulla interpretatione ut intelligātur indigent Eiusmodi sunt homo equus & animalia reliqua Nihil enim horū interpretatione indiget ea uero ad aliquid dicūtur que interpretatione quadam egent Vt est maius aliquo & aliquo celerius & melius & huiusmodi reliqua Nāq; & maius minore maius est et celerius aliquo est celerius et in hūc modum cetera: Ita et pōra diuidebat secūdū Aristotelem Fuit autem et alius plato philosophus Rhodius panetii discipulus ut ait seleucus grammaticus in pmo de phia libro & alius pipateticus de aristotelis ludo & alius praxiphaïs discipulus & alius poeta prisce cōmedie.

VAE. DE. PLATONE. DICEN

da etant p uiribus diximus: quid de eo ui/  
ro singuli sensissent studiose i unū corpus  
colligētes. Successit autē ei Speusippus eu/  
rymedontis filius Atheniēsis: Pago myr/  
thinusius & Platonis ex sorore natus. Oc

to annos autem scholae platonice magister fuit: a centesima  
octaua olympiade initiū sumens. Gratiarumq; signa in scho/  
la collocauit: quę fuerat a platone in academia constructa:  
perstitit autem inter platonis dogmata & si moribus eiusmo/  
di non fuit: Namq; & iracundus erat & uoluptatibus dederat  
manus. Deniq; aiunt illum ita concitatum: Catalum in pute/  
um iecisse uoluptateq; delinitum ī macedoniam Ad cassandri  
nuptias profectum esse: Fertur & platonis discipulas laiteni/  
am mantiniacam: et axiothecam phlasiā ipsum quoq; audiuis/  
se Quo etiam tempore dionysius ita ad illum mordaciter scri/  
bens ait Et ex arcade discipula tua philosophiam discere pos/  
sumus: Et plato quidem gratis sua limina terentes docebat  
Tu uero tributa exigis. & a uolentibus ac nolentibus acci/  
pis: Primus hic: ut ait dodorus in primo cōmentariorū in dis/  
cipulis quid esset Commune uestigauit. Easq; quantum fieri:  
poterat sibi inuicem iunxit Atq; federauit: Primus item quę  
ab Isocrate dicebantur arcana edidit: ut ceneus refert Ac pri/  
mus quo pacto ex gracilioribus lignis capacia & in uentrem  
tumentia uascula fierent inuenit Cum uero iam paralyti cor/  
pus illi omne resolutū ferme esset acersito Xenocrate ora/  
uit. Vt sibi in docendo succederat. Aiunt illum Cum uehicu/  
lo ferrentur in Accademiā. Obuium habuisse diogenem &  
cum illi salue dixisset: Hoc ab eo Responsum accipisse. At tu  
nequaquam salue: qui eiusmodi cum sis uiuere sustines Demū  
uero merore impulsus: cum iam senio confectus esset mor/  
tem sibi sponte conciuisset Porro Plutarchus in uita. Syllę Ac  
lysandri: Pediculis efferuescentibus illum interisse ait. Erat  
enim corpore fragili ut ait thimotheus in libro de uitis hic di/  
uitē ad amantē deformem mulierem ait Quid tibi istac opus  
est ego tibi decem Talentis formosorem inueniam: Reliqt  
autem cōplura cōmentaria & dialogos plurimos Inter quos  
& aristippus cyrenęus ē de diuitiis unum de uoluptate Vnū  
De iusticia unum de phia unum de De amicitia unum de diis



unum philosophus unū ad Cephalum unum cephalus unum  
Clinomachus siue Lyfias unum Ciuis unum de anima unum  
ad Gyllū unum Aristippus unum Reprehensio artium unū  
Dialogi artificiales unū Dialogi earū  
rerum que sunt in quaq; re similes decē Diuisiones & argu-  
menta ad similia Degeneribus et speciebus exemplariorum  
Ad Amartyrum Platonis laudes Epistole ad Dionem Dio-  
nysium Philippum De legis Sanctione Mathematicus ma-  
drobulus Lyfias diffinitiones Cōmentariorū ordines uersus  
plurimos Ad hunc Symonides scribit hystorias in quibus  
dionis ac bionis gesta signauerat Eius libros Aristotelem tri-  
bus talentis emisse Fauorinus in secundo commentariorum  
auctor ē Fuit et alius Speusippus medicus Irophileus Alex-  
andrinus

ENOCRATES Agathenoris Filius calcedoniis  
a primis ferme annis Platonis auditor fuit Eiq; in  
Sciciliam proficiscenti comestituēris adhesit . Erat  
autē bebes ingenio ac tardus adeo ut cū illum Plato Aristo-  
teli cōferret alterum freno alterum diceret egere calcari-  
bus Illudq; cui equo quē asinum iungo: alioquin se uero semp  
ac serio habitu et ore perdurabat ita ut saepe ad illum Plato  
diceret Xenocrates gratiis sacra fac Vixit autem ut pluri-  
mum in Achademia Si quando uero ad urbem profecturus  
esset turbas omnis tumultuosorum ac impudicorum eius ob-  
seruare transitū solitas tradunt eius inquietādi gratia pbry-  
nen deniq; nobile scorum illum aliquando tentauisse cū ui-  
delicet a quibusdam dedita opera insectaretur ab eo intra e-  
diculā ad missā hūanitatis causa Cūq; solus illic et unicus  
lectulus esset oranti lectuli ipsius partem concessisse Demū  
cum multa ne quicquā orasset infecto opere pfectam esse  
ac dixisse pcontātibus se non a uiro sed a statua exire Quidā  
uero discipulos Laidē illi iniecisse in lectulum tradūt Illūq;  
adeo fuisse continētem ut cum se ad libidinem incitari pte-  
sensisset et secare et urere uerenda sepe pateretur Tanta  
uero illius uerbis fides habebatur ut cū iniurati nullius testi-  
monium admitteretur huic soli remiserint Athenienses ius-  
iurandū Erat p̄terea maxime frugilis ita ut cum illi Alex-  
ander magnā pecunię summā misisset sublati solum tribus  
milibus atticis reliquū remiserit dicens illi opus esse pluribus  
qui plures enutritet Ab Antipatro quoq; sibi missa pecunia  
nō suscepisse mironianusin similibus testatur Corona quoq;  
aurea donatum p̄mio scilicet immodice potationis ab his

qui se continebant apud Dionysium Cum inde esset pfectus  
eam ante Mercurium deposuisse: ubi floreas etiam coronas  
ponere solitus erat. Missum illum cum ceteris legatū ad Phi-  
lippum fama. Ac reliquos quidem donis emollos et cōiuiua  
celebrasse et cum illo sepe in colloquium uenisse. cum uero  
horum neutrum fecisse Neque enim illum ideo Philippus admi-  
ferat: Quo circa & athenas reuersos legatos dixisse: Frustra  
Xenocrate secum iuisse. Et cum illi parata iam esset multa  
comperto ex illo ut sese res haberet: monete tunc maxime  
rei. p. curā habendam: Quippe Philippum ceteros donis cor-  
rupisse. se uero nulla ratōne inclinare ad suū cōsensum posse  
peruidisse. Ea ex re duplici honore honestatum asserūt. Phi-  
lippū qui postmodū dixisse: solum Xenocrate ex omnibus  
quid se uenerāt legatis munera spreuisse. Ad Antipatrum  
quoque legatione functus ut qui ex Atheniensibus in bello La-  
miaco capti fuerāt redderet: ab eo inuitatus ad cenam: hūc  
ad illū metro uerbis usus est quibus doceret non se prius conui-  
uio exurrecturū: quā quod petebat impetrasset: Amicosque ac  
ciues absolutos uideret. eius hāc dexteritatē ille perlibeter  
amplexus omnes continuo absoluit ac remisit Cum aliquādo  
passer accipitri futurus praeda se in eius sinu recepisset: operuit  
ac fouit dicēs non oportere supplicem prodere Cum a Bione  
obiurgaretur: non tibi inquit respondebo equidē. Nam neque  
tragedia comediā cū ab eo lacescit responsione dignā Ad eū  
que neque musica neque geometria neque astronomia instructus: lu-  
dū suū frequētare cupiebat perge inquit adminiculis philoso-  
phie cares. Alii sic dixisse ferunt: Apud me enim uellus non  
mollitur Cum Platoni Dionysius diceret caput tibi quispiam  
tollet aderat hic et suū ostendēs nullus inquit id prius quā istud  
abscidet. Ajunt Antipatro Athenas profecto et se salutanti  
non antea respōdisse: quā ceptā finiret orationē: Porro glorig  
et fastus in primis contēptor fuit ac sepe inter diu meditatioi  
insemebat atque unam silentio distribuebat horā. Scripsit aut  
plurima admonitiōesque et uersus ea fere ista sunt. De natura  
libros sex De philosophia sex de uitis unū arcadem unū: De  
optimo unum de puero unū de continentia unū de utili unū  
De libero unum de morte unū de uoluntario unū de amicitia  
duo de scribendo unū de memoria unū de modestia unū De  
contrario duo De felicitate duo De mendacio unū Callidem  
unū de prudentia duo De economicū unū de frugalitate unū  
De uiribus legis unū de re pub. unū De sanctitate unum quod  
uirtus tradi possit unum De eo quod est unū De fato unū De



pturbationibus unū De Vitis unū De cōcordia unū de disci-  
 pulis duo de iustitia unū de uirtute duo de Spetiebus unū de  
 uoluptate duo De anima duo de scientia unū politicum unum  
 De Vita unū de fortitudine unū De uno unū De ydeis unū  
 De arte unū de Diis duo de anima duo de sciētia unū civilem  
 unū de sciētificis unū De philosophia unū de pimenide unum  
 Archademus siue de iustitia unū de bono unū de hiis quę cir-  
 ca mētem sunt octo Solutio eorū quę accidunt orationi unū  
 De phisicę uel de iis quę de phisicę rōne audiunt sex capitula  
 unū De generibus & speciebus unū Pythagorica unū Solu-  
 tiones duo Diuisiones octo positionū libros. xxiii. de ratione  
 differendi libros. xiiii. post hęc libros. xv. & alios. xvi. de dis-  
 ciplinis eorū quę circa dictione[m] uersari possunt libros nouē  
 eorū quę circa mentem sunt alios libros. iiii. eorum quę circa  
 disciplinas uersant[ur] libros sex De hiis quę circa mētem libros  
 duos alios de geometris libros quinq[ue] Cōmentariorum unum  
 Contrariorum unū De numeris unū Numerorū Speculatio  
 unū de interuallis unū de iis quę in astrologia uersant[ur] libros  
 sex & elementa ad Alexandrum De regno libros quatuor  
 Ad Aribam ad ephestionem De geometria duo uersus ducē  
 titr[um] igitanouē eum tamen cum tantus ac talis esset Atheni-  
 enses aliquādo uendiderunt ut eo modo in exilio positus frā-  
 geretur eum demetrius phalereus emit et utriq[ue] succurrit.  
 Xenocrati enim libertatē restituit Atheniensibus uero im-  
 posita illo uiro ab urbe trāsmigratione satisfecit hoc ait my-  
 ronius amastriacus ī primo historicorū similiū capitulorū:  
 Successit autem Speusippo scholamq[ue] tenuit anno uigesimo  
 quinto Docere autē ceperat sub Lysimacho centesimo deci-  
 me olympiadis anno secūdo Moritur noctu cum in sartagi-  
 nem forte offendisset etatis annum agēs octogesi[m]ū secū-  
 dum Fuerunt et alii quinq[ue] eiusdem nominis prior Antiquissi-  
 mus huius philosophi ciuis ac propinquus fert[ur] eius ratio quę  
 iscribit[ur] arsinœtica de Arsinoe defuncta Alius. Piloopbus  
 Elegie scriptor non satis probatus Ita enim se habet res ut  
 poete quidem si prosa oratōe scribere uelint efficiant Qui  
 uero pedestri oratione scribere consueuerunt si poetice sibi  
 partes uindicare uelint non cōsequantur Id ex eo liquet qđ  
 alterum nature artis alterum opus est Alius Statuarius fuit  
 Postremus Aristoxeno teste odas conscripsit.

O L E M O P H L O S T R A T I Filius Athe-  
 nien[sis] Pago Oeethen[sis] oriundus cum esset adules-

cens adeo impudicus ac lubricus fuit ut pecunias circumfer-  
 re quo paratior esset et instructior ad uoluptates inuenire  
 implendas: consueuerit eas itidem in uias & angustias occu-  
 lebat In academia quoque iuxta columnam quandam reperta est  
 pecunia ab eo illic in usus similes recondita. Aliquando uero  
 ex conduto cum sodalibus ebrius & coronatus Xenocratis  
 irrupit scholam Quo ille nihil aduersus eam quam ceperat  
 orationem ardentius quoque persecutus est Erat autem sermo de  
 pudicitia ea illius oratione sensum impurus adulescens seipsum  
Vnde & casus suos consolatus est. palliū ut qdā uolūt: pinus duplicē in usu habuit: ob necessariū usū utq; illo se dormiens obuolueret: perāq; tulit in qua & cibos ferebat. omnig; ad oīa utebatur loco & prandens & dormiens & loquēs. Quocirca & Athenienses aiebat: iouis porticū ostendens sibi condidisse habitaculū. Ac baculo quidē primū initebatur cū infirmus esset: deinceps autē eum semper ferebat. non qdē in urbe sed iter agēs. ipsumq; ac peram ut refert Athenodorus atheniensium princeps & polyuētus rhetor & lianias esthronis Filius. Cum autē ad quēdam scripsisset: ut sibi pararet cellulā: & ille tardius id exequeretur: dolium quod in metroo erat: p domo habuit. sicut & ipse in epistolis scribit. atq; estate qdē sese in feruida arena uolutabat. hieme uero statuas niue pfusas complectebatur. omni ex parte seipsum ad laborum tolerantiam exercens Acer item erat in despiciēdis aliis. Vnde & Euclidis scholā alludens ad nomen cholen id est bilem appellabat. oratoresq; turbę ministros. Dicebat autē cum intueretur ni uita gubernatores medicos atq; philosophos: aīalium omnium sapientissimum hominē esse. Cum autem inspiceret somniorū interpretes cōiectores uates: uel huiusmodi ceteros uel qui glorię aut diuiciis addicti essent: tunc demū uibisse inanius existinare homine Aiebat arbitrari se ī uita sepius parandum uerbum q̄ laqueū Intuitus aliquando platonem in conuiuio magnifico gustantē oleas: quid inquit sapiens uir in scicilam huiusmodi meusarū gratia pfectus: appositis modo non frueris: Et ille at hercules inquit diogenes: & illic oleis & reliquis eiusmodi pluribus uestebar. Et ille quid inquit Syracusas nauigare oportebat. An tunc actica oleas non pferebat. Fauorinus in oīmoda historia Aristippū hoc dixisse tradit. Aliasq; caricas comedens: obuiauit illi dixitq; licet tibi degustare. Qui cū acceptas edisset: degustare dixi: non deuorare Calcans ipsius aliquādo stratum presentibus dionysii amicis: quos ille inuitarat dixit. Calco Platonis inane studiū ad quem Plato: quanto inquit o Diogenes fastu tumes: dum supbiam te calcare putas: Alii Diogenem hoc dixisse ferunt: Calco Platonis fastum: illumq; respondisse: at fastu alio Diogenes. Porro Sotion in quarto refert. hoc illi dixisse platonē cynicū Vinum aliquando postularat ab eo Diogenes atq; caricas. At ille lagenam integram misit. Ad quem Diogenes inquit: siqđē rogatus fueris duo & duo quot sunt: respōdes uiginti. Ita neq; secūdum ea quę posteris das. neq; ad quę rogaris: respōdes obiurgabat autem illum ut uerbosum. Interrogatus ubinam



græciæ uiros uidisset bonos: uiros quidem ait nūq̃: sed lacedæ-  
mone pueros uidi. Cum Serio quandoq; loqueret̃: nemoq; sibi  
intenderet. sese ad sonū musicum contulit. Congregatis aut̃  
ad se plurimis exprobrauit: ut qui ad iēpta studiose cōcurrer-  
rent: ad ea uero que graua essent. & utilia negligenter con-  
uenirent. Dicebatq; de fodiēdo & calcitrando certare hoīes.  
ut autem boni & p̃ robī fierent curare neminem grāmaticos  
admirabatur: q̃ cum Vlixis mala requirerēt. sua ignorarēt:  
Musicos itidem in ius uocabat: q̃ cum lyre cordas congrue  
aptarent: animi mores in concinnos haberent. Sed & mathe-  
maticos carpebat: q̃ solem & Lunam & Sidera intuētes: que  
ante pedes essent negocia negligenter. Oratores etiā age-  
bat: q̃ studerēt iusta dicere: non aut̃ & facere Cupidos quoq;  
q̃ pecuniā uituperarēt. Ac summe diligerent. rephendebat  
eos qui iustos q̃ pecunias contemnerent: Laudabat pecunio-  
sos autem imitari sat agebāt Stomachabatur eis qui pro bona  
ualitudine sacra facerent. inter sacrificia cōtra sanitatē cēna-  
rent. Seruos admirabatur qui cum edaces homines cernerēt  
nihil diriperent ciborū Laudabat qui uxores ducturi fuissent  
& non ducerent & qui nauigaturi non nauigarent. Quique  
accessuri ad rē pu. minime accederent & qui pueros habituri  
in deliciis se continerent & qui se componerent ad conuiuē-  
dū regibus. neq; tamē accederēt. Dicebat manus ad amicos  
non complicatis digitis extēdi oportere. Refert hermippus  
in uenditione Diogenis: q̃ captus ac uenditus: cum rogaret̃  
quid sciret agere responderit. scire se uiris imperare atq; ad  
p̃conem p̃dica inquit quisnam sibi dominum emere uult.  
Sedere phibitus nihil inquit refert Nam et pisces quomodo  
libet iaceant emi Mirari dicebat cum ollam quidē ac opculū  
non sine tactu ac tinnitu emamus Solū solo in homine emē-  
do aspectu contenti sumus: Dicebat Xeniadē emptori suo.  
ipsum sibi quāuis esset seruus obtemperare oportere. Nam  
& medicus & gubernator si seruus sit utiq; sibi paretur. Euse-  
bulus uero in libro qui inscribitur Diogenis uēditio ita filios  
Xeniadē instituisse ait Post disciplinas reliquas egrotare arcus  
intendere fundas rotare atq; iaculari. Deinde in Palest̃ra nō  
p̃mittebat p̃dotriūq; eos in morem athletarum exercere. sed  
id roboris tantū & bone ualitudinis gratia. Tenebant uero  
pueri poetarum ac scriptorū. aliorū ipsiusq; Diogenis plura  
memoriter Omnemq; illis doctrinā rationē ut facile memo-  
ria teneretur Breuiter collectam insinuabat Domi quoq; mi-  
nistrare docebat cibo leui ac uili contentos & aqua Tonderi

ad cutē faciebat incompósitosq; deducebat ac sine tunicis . & calceis tacitos ac se tantum in uia Intuentes . Educabatq; eos & ad uenationes e contra illi diogenis curam habebant . parētibsq; commendabant . Senuisse illum apud Xeniadē idē ipse auctor est . ac uita functum a filiis eius fuisse sepultū . Vbi pcontante Xenia de quomodo se se peliri mallet : in faciem inquit . Illo causam interrogāte : quoniam inquit post modicum inferiora conuertenda sūt dixit autem hoc : quia macedones iam obtinerent . atq; ex humilibus sublimes fierent . Cum se quispiā in domū magnifico instructam apparatu induxisset : & spueret uetaret : posteaq; excreauit in illius faciē sputa coniecit . deteriorem locum ubi spueret : se non iuenisse dicēs alii Aristippo id applicant . Cum clamasset aliquādo heus hoīnes . conuenissentq; plurimi uirga illos agebat dicens homines nō purgamenta uocaui : Ait hoc Erato in primo de usu Alexandrum dixisse ferūt : q; nisi Alexander esset Diogenem se esse uoluisset Debiles dicebat non surdos aut cecos : sed imperitos uel qui peram non haberent . Ingressus aliquando semitonso capite conuiuū iuuenū plagas retulit : Postea nomina illorū qui se ceciderant inscribēs circuibat ea pre se ferens . Ita illis uicem contumelię reddidit : dum reprehendendos & obiurgandos omnibus exposuit . Dicebat se canem esse laudabiliū : sed laudatorum neminem secum ad uenandū exire psumere . Dicente quodā uiros se in Pythia uincere uirose quidē inqt : sed tu mancipia Cum diceret sibi senex es . iam q̄sce a labore quid eīm ait si in stadio currere : ad finem oporteret cursum remittere : & non magis intendere : Vocatus ad cenā affuturum se negauit . neq; enim sibi priore die gratiam decreuisse . Nudis pedibus calcabat niuē . & Alia quę pdicta sunt Crudas item carnes edere conatus est sed in eo non p̄stitit . Offendit aliquando Demosthenem oratorem in diuersorio prandentē illo autem cedente tanto inquit magis in diuersorio futurus es peregrinis aliquando demosthenē uidere cupientibus medium intendens digitū : hic ait uobis est attheniēsum Orator . Panem eliciente quodam & resumere erubescēte : corripere illum uolēs : urcei collum p̄figuli trabeat officinam . Imitari se dicebat chori magistros . Illos eīm tonum excedere . ut reliqui congruū tonum arriperēt . plurimos aiebat insanire p̄ter digitum . Si quis igitur medium digitum protēdens p̄gat . in sanire uidebitur . sin autē indicē non ita quę sūt p̄ciosissima ea minimo uenire & ecōtra . Deniq; statuam tribus milibus emi . faringūero choignicem duobus greis ei qui se emerat Xenia de



dixit Age ut quid precipi facias dicente illo super flumina pergunt  
fontes: At si medicum ait eger emisisses non illi obtineras  
sed dicebas super flumina permeant fontes. uolebat quipiam apud  
se philosophari cui ille penam dedit ac sequi se iussit: ut autem  
ille pre uerecundia abiecto quod ferebat: abcessit: post aliquam  
tulam temporis occurrens illi ridens ait. Tuam & meam amicitiam  
perna dissoluit. Enimuero Diocles eam rem ita describit.  
Dixerat illi quidam iube nobis Diogenes. At ille ei abducto  
casei frustum ferendum dedit: illo renuente meam inquit ac  
tuam amicitiam modicum casei rupit. Intuitus aliquando puerum  
concaua bibentem manu: cotulam pera producta abiicit  
dicens puer me uilitate superauit: proiecit & catinam eodem  
studio cum uidisset puerum uasculo perfracto concoauo panem  
lenticulam suscipientem. Ratiocinabatur autem in hunc modum  
Omnia deorum sunt: Diis autem amici sapientes sunt. Sunt  
autem amicorum cuncta communia. Omnia igitur sapientum sunt.  
Inspexerat mulierem in honestius diis pendente: eius igitur  
supplicationem auferre uolens. ut Zoilus pergenus ait: accurrit  
dicens Non uereris mulier: ne forte stante post tergum deo  
cuncta enim plena ipso sunt: inhoneste te habeas. Asclepio  
percussorem sacravit qui procumbentes in faciem accurrentes con  
tereret. Solebat autem dicere imprecationes Tragicas sibi  
occurrere esse enim sine domo sine ciuitate priuatum Patria  
pauperem palantem uitam in dies habentem. Aiebat se obicere  
fortune quidem confidentiam. naturam legi perturbationi  
rationem. Ad solem sedenti sibi assistens Alexander ait: pete  
a me quod uis: ad quem ille: noli inquit mihi umbram facere.  
Legerat quidam diutissime: cumque ad finem libri nihil ultra  
scriptum esse ostenderet: bono inquit este animo uiri terram  
intueor. Ratiocinanti cuidam & concludenti illum habere  
cornua: manu frontem palpans. equidem inquit illa non ui  
deo. Similiter & dicente sibi quodam non esse motum: exurgens  
ambulabat. Ad eum quidem celestibus diserebat: quando inquit  
de celo uenisti: Spadone quodam stolido domui sue inscribente  
nihil ingrediatur malum. Dominus ait domus ubinam ingre  
diatur. Unguento inungens pedes dixit. a capite quidem in  
aerem ascendere unguentum: sed a pedibus in olfactum ire. Ro  
gantibus Atheniensibus ut iniciaretur: atque dicentibus num  
apud inferos ibi qui iniciati sunt: president. pridiculum est inquit  
si quidem Agesilaus & Epaminondas in ceno degent: uiles autem  
quique iniciati in beatorum insuliserunt. Muribus ad ipsius me  
sam subreptibus ecce inquit & Diogenes parasitos nutrit.

Platone canem ipsum appellante: sane inquit nam equidem  
 ad uenditores remeauit: E balneis exiens pcontantian multi  
 homines lauarēt nauigauit. Adiciēti num turba multa: con  
 fessus est: Platone ita diffiniente. Homo est animal bipes sine  
 pennis cum placeret ista eius diffinitio: nudatum pennis ac  
 pluma gallum gallinaceū in eius inuexit scholam dicens: hic  
 platonis homo est. Vnde adiectū est diffinitioni latis ungui  
 bus: Interroganti quam horam prandere oporteret si diues  
 inquit est quando uult: si pauper cum potest: Apud Mega  
 rēles intuitus oues pellibus tectas: illorum autem filios nu  
 dos ait. prestat magārensis arietem esse q̄ filium. Ad eum qui  
 se trabe concusserat. ac postmodum dicebat caue num inquit  
 me iterum ferire uis. Aiebat oratores quidē plebis ministros:  
 Coronas autem glorie bullas Lucernam interdū accendēs:  
 hominem aiebat quero Stabat aliquando manantibus pfusus  
 undis: his uero qui circūstabant illum miserantibus: plato nā  
 & is aderat si uultis inquit illū miserari: abite glorie illius cu  
 piditatē insinuans. Colaphum a quopiam accipiens hercules  
 inquit cuiusmodi me latebat res. q̄ operto pgerē capite. Mi  
 dia quoq; ipm colaphis agente ac dicente tria milia tibi imēsa  
 posita sūt postridie sumpto pugilū cēstu cēsog; illi dixit tria  
 milia tibi imēsa sunt posita Lybia pharmacopola sciscitāte an  
 deos esse crederet. q̄o inqt non credo: q̄ te diis imicū puto  
 Alii Theodorum hoc dixisse ferunt. Quemdam intuitus se  
 undis respergentē ait. O infelix an ignoras quoniam ut grā  
 maticę peccatis: ita respergens minime eriperis: Ita nec uite  
 criminibus euades liber. Culpabat maxime si qui fortunā cau  
 sarentur. dicens homines quę sibi bona uiderentur. non quę  
 reuera bona essent. postulare eis uero qui sequerent somnia  
 dicebat: ea quidem quę agitis ne in somnis quidē ut corriga  
 tis: cogitare uultis quę uero dormientes cernitis. ea curiose  
 disquiritis In Olympia buccinante p̄cone. Dioxippus uiros  
 uincit. hic ait m̄cipia. sed ego uiros. Amabatur autem & ab  
 Atheniensibus. Deniq; adulescenti cum dolium illius contri  
 uisset: plagas intulerunt illiq; aliud dēderunt. Refert Diony  
 sius stoicus illum post cheroniam deprehensum abductū esse  
 ad philippū a quo quid esset interrogatus explorator inquit.  
 insaciabilis auiditatis tuę ex quo admirationi habitus liber di  
 missus est. Miserat aliquando Alexander epistolam athenas  
 ad antipatrū per athliam quemdam. aderat diogenes atque  
 ad uocabulum alludens qppe athlios infelix dicitur. Athlias  
 inquit ab athlio per athlium ad athliū perdica cōminante nisi



ad se pgeret illū se occisurū nihil inquit magnū facies. Nam  
& cātharus & phalāgius id facerēt Illud ut potius intētaret  
monebat. qđ si & abiq; se uiueret feliciter uicturus esset clau  
mabat autem sepius dicens hominū uitam facilem a diis dari  
uerum occultari illam quērentibus mulsū: unguenta. & his  
similia. Vnde & ei qui a famulo calciabatur: nondum ait bea  
tus es: nisi te etiam abstergat hoc autem erit: si mācus fueris  
Cum uidisset aliquādo magistratus qui hieronmemonēs dice  
bant: quondam ex grario phialam furatum adducētes mag  
ni inquit fures puum ducunt. Intuens aliquādo adulescentē  
lapides in crucem iacentem: euge inquit. scopo eīm potieris  
circūstātibus se adulescētibus: atq; dicentibus caueamus ne  
mordeas nos. Bono inquit estote aīo filioli. canis betas mini  
me manducat: Gloriantī cuidam quod leonis pelle tergeret  
desine inquit uirtutis stramenta confundere: Beatus dicebat  
Calisthenes q; magnificis ab Alexādro apparatibus ex cipe  
At ille infelix inquit est qui cum prandet ac cenat cum Alex  
andro uidetur. Cum pecuniis egeret eas se ab amicis repete  
re non petere dicebat. quādoq; in foro manibus operans: ut  
aiebat liceret pfricato uentre non exutire. Adulescentē in  
intuitus Cum latrapis ad cenā mabeuntem: abductū ad suos  
reuocauit. obseruariq; iussit composito adulescenti quippiam  
roganti: non antea se dixit respōsurū quā apertē exploraret  
uir ne esset an mulier. Plaudenti lasciuius in balneo adulescē  
ti: quāto inquit melius: tanto deterius: Intercenandū ossa illi  
qđam ut canī iactabant. At ille propius accedens iuxta illos  
mingebat ut canis. Oratores atq; omnes in dicendo gloriam  
querentes: ter homines pro eo qđ est ter infelices appellabat  
Diuitem idōctum ouem aureo uellere dicebat. Cum uidisset  
luxuriosi cuiuspiam domui inscriptum uenalis. sciebam inquit:  
quia uni crapula obsessa facile dominū euomerēs. Causanti  
adulescenti pturbantium se multitudinē desiste inquit & tu  
pturbationis indicia proferre. Ingressus sordidum balneum  
qui hic lauant ait: ubi lauantur. Cum rudem pingueq; cithare  
dum omnes causaretur: Solus ipse laudabat. Rogatus qđ obrē  
ait q; talis cum sit cithara se non latrocinis exerceat. Citha  
redum qui semper ab auditoribus deserebatur ita salutabat:  
Salue galle Illo autem dicente cur ita quia inquit canens oēs  
excitas: Cum adulescentem plurimi inspicerent. Ille sinum  
lupinis complens se incuruabat: multitudine in eum cōuersa  
mirari se dixit quomodo illo dimisso se intuerentur. Dicente  
sibi quodam ualide supersticioso: uno ictu caput tibi pfringā.

71.  
At ego inquit a sinistris adstans . te tremere faciam . hegesia  
se deprecante ut sibi librorum aliquid exponeret . uanus inqt  
es hegesia : qui cartas quidem non scriptas eligis Sed ueras :  
uera autem exercitatione neglecta te ad scriptam confers .  
Ei qui sibi exilium exprobrabat : At huius iquit causa miser  
phatus sum : Alio rursus dicente sinopiaei te exilii arguunt &  
ego illos inquit morę : Intuitus aliquando Olympionicę oues  
palcentę q̄ cito inquit ab olimpiis ad nemea te cōtulisti . Ro/  
gatus cuius rei gratia Athletę insensibiles sunt . quia inquit  
suillis ac bubulis carnibus instructi sunt . Petebat aliquando  
statuam : rogatus cur hoc faceret . ut me inquit non potiri as/  
suefaciam : Cum postularet quempiam quippe & hoc primū  
agebat propter iopiam dicebat siq̄dem & alii dedisti & mihi  
da : Si uero nemini a me incipe . Interrogatus aliquando a ty  
ranno cuiusmodi aere pręstaret . statuā sculpere : quo inquit  
Harmodius & Aristogiton fusi sunt : Rogatus quomodo dio  
nysius amicis uteretur ut uasculis ait : dum plena euacuat &  
abicit uacua Inscripterat quidam domui sue uxore nuper du/  
cta : Iouis filius Callinicus hercules hic habitat : nihil ingredi  
atur mali inscripsit ipse . Post bellum societas . Cupiditatem  
arcem omnium malorū dixit . Luxuriosum intuitus oleas in  
diuersorio edentem : si sic pranderes ait : non cēnares . bonos  
uiros effigies deorū esse . Amorem uacantium occupatōnem  
Rogatus quidnam esset in uita miserū : senex ait egēs : Que/  
nā perniciosissime morderet bella . ex feris inquit obtrecta  
tor : ex mitioribus autē adulator . Intuitus aliquādo centauros  
duos pessime pictos ait . Quis horū deterior est : Sermonem  
ad gratiam instructum melleum esse laqueū dixit . Ventre  
uite charibdim appellabat . Audiens Didimonē mechū fuisse  
comprehensum . Dignus est inquit ex ipso nomine suspendi .  
Rogatus cur pallens esset aurū . quia multos habet insidiato  
res . Mulierē in lectica intuens . non secundū feram ait esse  
cauea . Fugitiuum seruū ad puteū sedentē uidens . caue inqt  
adulescens ne incidas . Cernēs uestimentorū furē in balneis :  
num inquit ad unguentū : an uero ad aliud uestimentū . Cum  
uidisset aliquādo mulieres ex oliue arbore pēdere suffocatas .  
utinam inquit arbores ceterę fructum huiusmodi tulissent .  
Intuitus sepulchrorū uiolatorem . Quid hic ait tibi uis optię  
aut quem prędari paras defunctorū uitorum . Rogatus num  
seruālū aut ancillam haberet negauit dicēti . Si ergo mortē  
obieris . quisnam te ad sepulchrum efferet . qui domo inquit  
indiget . Cū animaduerneret formosum adulescētem : passim



& sine custodia obdormientem manu pulsans excitauit dicēs.  
Ne quis tibi quiescenti pilū in renibus figat. Ad eum qui p̄ci/  
osa parabat obsonia. Cito inquit morieris fili mēdo talia. pla/  
tone de ideis differente & nominante mensalitatē & cyathi/  
tatem: Equidem inquit o Plato mensam & cyathum uideo.  
mensalitatē uero cyathitatēq; non uideo. Et ille recte  
inquit: Quibus enim cyathus mensaq; conspicitur oculos ha/  
bes quo eim mensalitas & cyathitas intelligitur: animū non  
habes. Rogatus a quodam quo tēpore ducenda sit uxor iuue/  
nibus: inquit nunq̃. senibus uero neq; unq̃. Interrogatus quid  
nam uellet: ut colaphū acciperet: galeam inquit. Adulescē/  
tem intuens se cōponentem siquidem inquit ad uiros frustra  
Sin aut ad mulieres nequiter. Videns adulescentulū ruborē  
p̄fusum. Confide ait fili huiusmodi est uirtutis color. Cū duos  
aliquando audisset legisperitos: ambos damnauit dicens alte/  
rum quidem faratū esse: Alterū uero non pisse. Rogatus cū  
iusmodi uinum libentius biberet. alienū inquit. Dicente sibi  
quodā plures te irrident. At ego inquit non irrideor. Dicēti  
malū esse uiuere: non inquit uiuere malū est: sed male uiue/  
re. Consulē tibus ut fugitiuū requireret seruū: ridiculū inq̃  
est: si manes absq; Diogene uiuat. Diogenes absq; mane non  
possit. Prandebat oleas: inuectam uero inter prandendum  
placentam proiecit dicens o hospes hinc cito p̄ficiscere. Ro/  
gatus qualis esset canis exuriens inquit blandus: satiatus uero  
molossicus. Hos p̄multi laudant neq; tamen ob laborē audēt  
cum eis una ad uenationē egredi: ita ne mihi quidē obdolorū  
mecum congregi: atq; una uiuere. Rogatus an sapiētes pla/  
centis uescerentur: omnibus inquit sicut & homines ceteri.  
Interrogatus cur mendicis impēderent non autē p̄his: quia  
claudi inquit ac cēci fieri potius q̃ philosophos euadere se pa/  
rant: Poscebat quiddā a cupido tardante illo. ad cibum inquit  
homo te postulo non ad sepulchrum. Exprobrantem sibi cur  
aliquando falso pecuniam signasset: tempus inquit fuit cum  
talis eram: qualis tu modo. qualis autē ego modo sum: nunq̃  
tu eris. Alteri sibi idem exprobranti. Nanq; inquit emingē/  
bam tū celerius sed modo non. Myndum profectus cū uide/  
ret magnificas portas & urbem modicam uiri inquit myndi:  
portas claudite ne urbs uestra egrediať. Cum uidisset aliquā/  
do hominem in purpure furto de p̄bensum Accepit te inquit  
purpureus obitus. fatag; maligna. Cratē de preicante ad se  
illum proficisci at malo inquit sal Athenis lingere q̃ penes te  
frui magnifice instructa mensa: Anaximēnem conueniens



pingui aqualiculo rhetorē inpartire inquit & nobis paupe /  
 ribus uentrē quippe & ipse leuigaberis & nobis emolumētō  
 eris Differēte illo aliquandō pnam prētendens auditores in  
 se cōuertit. Indignāte illo disputationē inquit Anaxime nis  
 oboli prētium dissoluit: Cum sibi probro daretur: quod ī foro  
 manducaret. in foro eīm ait esurio. Quidā & illud huius esse  
 aiunt q̄ intuitus illum Plato lauante mōlera: accedens silen  
 ter illi dixerit. Si Dionysio obsequutus esses olera profecto  
 non lauisses: illumq̄ ad aurem item respōdisse. Et tu si laua  
 res olera Dionysio non esses obsecutus. Dicenti cuidā cōplu  
 res te irridēt. & illos inquit forte asini: sed neq̄ illi asinos cu  
 rant: neq̄ ego illos. Conspēcto adulescentulo phante. Heia  
 inqt amatores corporis ad animę pulchritudinē traducis. Ad  
 mirante quodam ea quę in Samothracia sunt donaria: longe  
 ait plura essent si & qui seruati non sunt: ea deuouissent Alii  
 Diagore modo hoc assignant. formoso adulescenti ad conui  
 uū eanti deterior inquit reueabis. illo redeunte & postridie  
 sibi dicente: & perrexi et deterior effectus non sum Deteri  
 or inquit quo: postulabat ab eurytio difficile qddam illo dicē  
 te si mihi psuaseris Equidem inquit si persuadere possim: sua  
 ssem utiq̄uti te suffocares. Reuertebatur ex Lacedemone  
 Athenas Interrogatus quo & ynde. a uiris inquit ad mulieres:  
 Rediens ab olympiis cū rogaretur an multa ibi turba fuerit  
 turba inquit multa sed homines pauci. Luxuriosos dicebat si  
 miles ficibus quę per pręcipicia nascūtur: quarū fructus hō  
 non gustat. corui autē & vultures comedunt. Phrynē scortū  
 uenerē aureā delphis obtulit. eam ille ita iscripsit. Ex greco  
 rū intēperantia Alexandro quandoq̄ illi assistente ac dicēte  
 sibi ego sum Alexander magnus Rex: at ego ait sum Dioge  
 nes canis. Rogatus quidnam faciens canis uocaretur: qđ eis  
 inqt blandior qui dāt in eos uero q̄ nō dant oblatro malos aut  
 mordeo. Ex ficu quadā poma legebat. custode dicente hinc  
 ante paucos dies homo suspēsus est: ego inquit illā purgabo.  
 Olympionicen intuens in scortum frequenter intendentē  
 en inquit aries martius a puella per collum captus abducitur  
 Formosa scorta letalimulso similia dicebat. Prudenti in pla  
 tea qui circūstabant iugiter dicebant: canis canis At ille uos  
 ait canes estis: qui prandētem circūstetistis. Cum duo molles  
 se ipsi subducerent nolite inquit uereri: canis betam non co  
 medit. De puero stuprato unde esset rogatus: tegeates inqt.  
 Cum uidisset ignauū luctatorem medicinam pfitentē: quid  
 hoc inquit. num ut eos qui te aliquando uicerunt: nunc ipse



deicias. Cum scorti filium in turbas iactantem lapides cer-  
neret. caue ait ne patrē ferias. Puerο ostentanti sibi gladiū  
quem ab amatore acceperat: gladius inquit pulcher est. sed  
capulus fēdus. Laudantibus quibusdam eum qui sibi erogaue-  
rat: me autē ait non laudatis: qui accipe merui. Cum a quodā  
pallium exigeretur: si quid ait donasti habeo sin autē eguisti  
utor. Subornato quodam dicente sibi auram habet in pallio:  
ita sane iquit. idcirco illo obuolutus obdormio. Rogatus qđ  
ex p̄lia lucratus fuisset. & si nihil aliud inquit uel hoc ipsum  
qđ ad omnem fortunam preparatus sum. Interrogatus vnde  
esset: mundanus ait. Sacrificantibus quibusdam ut filiū acci-  
perent: ut inquit bonū accipiatis: non immolatis. Cum stipē  
aliquādo posceret ait egrotanti. Alios expolia: sed ab hec̄to-  
re contine manus. Scorta dicebat regū esse reginas: petere  
enim quodcūq; eis uideretur. Atheniensibus Alexandrum  
liberum patrem decernentibus: et me inquit Serapin facite  
Exprobrāt sibi qđ loca immūda introiret: & sol inq̄t in secessi-  
bus abit: neq; inquinatur. In fano cenans inter sordidos appo-  
sitos panes sublatos abiecit dicens: in sacrum nihil oportere  
sordidū ingredi. Dicente sibi quodam cur nihil sciens p̄hare  
& si inquit p̄hiam simulo: hoc ipsum p̄hari est. Laudabat puer  
ad illum adductus qđ ingenio excelleret: essetq; optimis mori-  
bus: quid ergo inquit me indiget: Qui recta dicerent nec fa-  
cerent eos cytharę similes aiebat. & hanc enim nihil audire  
neq; sentire. Theatrum ingrediebatur ex aduerso exeuntiū  
Rogatus cur ita faceret. hoc ait in omni uita facere studeo.  
Videns aliquando adulescentulū effeminari: non pudet ait  
deterius qđ naturam ipsam de te ipso statuere. illa enim te ui-  
rum fecit. tu te cogis mulierem fieri: Intuens insipientem  
aptare psalterium: nō erubescis inquit qui sonos ligno aptes  
animū ad uitam non componas. Dicenti sibi cuidam idoneus  
ad p̄hiam non sū quid ergo inquit uiuis si ut bene uiuas nulla  
tibi cura est. Contemnente quodam patrē non pudet ait istū  
contēnere: qđ tibi ut magnum sapias est auctor. Vidēs deco-  
rum adulescentem indecēter loquentem non erubescis ait.  
ex eburnea uagina plumbeum educēs gladium. Cum p̄bro  
sibi daretur quod in caupona hiberet: & in tonstrina tōdeor  
inquit: Exprobrabat sibi qđ ab Antipatro accepisset palliolū.  
tū ille reiicienda inquit non sunt preclata deū munera: pul-  
sante se quodam trabe ac dicente caue: Virga illum cedens  
ait caue. Supplicante quodam meretrici. quid ait uis miser.  
quod prestet frustrari: Vnguētis delibuto: uide ait ne fra-



grantia capitis fetorē uite pręstet. Seruos quidem dominis :  
 malos autē cupiditatibus seruire dicebat. Rogatus cur manci-  
 pia Andrapoda sint appellata: quia pedes inqt habent uirorū  
 animum autē eum quem tu modo habes qui hoc interrogas .  
 A luxurioso petebat minā. A quo dum rogaretur cur ab aliis  
 obolum ab se peteret minam : quia inquit ab aliis omnibus de-  
 nuo me accepturū spero: abste uero an tursus accepturus si  
 in deorū gremio situm est. Cum exprobraretur cur platone  
 non petente ipse peteret. & ille inquit petit: sed propius ad  
 moto capite ne discant alii . Sagittarium intuitus ignauum  
 iuxta scopon consedit dicens ne forte me feriat. Eos qui ad  
 uoluptatem aspicerent falli ac frustrari dixit. Interrogatus  
 An mala esset mors quonam inquit modo mala: quam plentē  
 non sentimus. Alexandro astante atq; interrogāte num me  
 times: quid enim inquit es bonum an malum. dicente bonū.  
 quis ergo ait bonū timet. Disciplinam iuuenibus quidē sobri-  
 etatē Senioribus solatium pauperibus diuitias diuitibus orna-  
 tum esse dixit. Didymoni Mecho curanti aliquando puellę  
 oculum uide inquit ne uirginis oculum curans puellā corrū-  
 pas Dicēte quodā amicos illi insidiari & quid ait agere oportet.  
 si amicis & inimicis eque utendū erit: Rogatus qd esset  
 in hominibus optimum fiducia inquit: Ingressus aliquando  
 scholam cum uideret musas multas: paucosq; discipulos cum  
 diis inquit magister multos habes discipulos. Solebat autem  
 omnia ante omnium oculos facere & quę ad cererem & quę  
 ad uenerem ptinent. atq; huiusmodi conclusunculis utebat.  
 Si prandere nihil mali est: neque in foro prandere: malum  
 est. non est autem Malum prandere: Nec in foro quidem  
 prandere malum est. Cumq; ante ora omniū iugiter oparet:  
 utinam liceret aiebat pfricato uentre a fame conquiescere.  
 Referuntur in eum & alia quę cum sint multa prolixū esset  
 & omnia prosequi. Dicebat autē duplicem esse exercitationē  
 alteram enim esse animi alteram corporis: hanc scilicet secū-  
 dam quam in exercitio: ppetue quę fiunt phantasie prestant  
 ad uirtutis opera quedā adminicula. Porro alterā sine altera  
 esse imperfectam nihilominus bona habitudine & robore in-  
 ter ea quę competunt dinumeratis: quippe quę uelut i circa  
 corpus ita & circa animam sint. Adiciebatq; argumentū qd  
 ad uirtutē facile exercitio pficiat: Cernere eim se in artibus  
 mechanicis & aliis opifices ex cōsuetudine operis non mini-  
 mam operandi celeritatem fuisse consequutos. Athletas itē  
 & tibicines utrosq; eminere plurimum quāto maiore studio



& labore uersati iugiter fuerunt. Atq; ita istos quidē exercitationem ad animū transtulissent nequaquā inutiliter aut imperfecte laboratēt. Nihil dicebat in uita omnino absq; exercitatione pfici eam uero omnia exuperare posse. Cum igitur repudiatis inutilibus laboribus naturales inseq; ac uiuere beate debeamus: per summā de mētiam infelices sumus. Namq; ipsius quoq; cōtēptus uoluptatis si nos assuefecerimus iocū dissimulamus fit. & sicut hi qui consueuerunt uoluptuose uiuere: moleste inde se auelli patiunt; ita qui se aliter exercitati sunt gratissime ipsas contēpnunt uoluptates. Talia docebat atq; in actum pducebat: uere consuetudines antiquas: monetas uero resculpens: nihilq; minus naturalibus q̄ legitimis deferens eandē uite formam q̄ hercules se uiuere affirmans nihil Libertati pferens: omniaq; sapientum esse dicens. eiusmodi rationibus quas supra allegauimus utens: Omnia inquit deorum sunt. Amici autē sunt sapientibus dii: Sunt autē amicorum cūcta cōmunia: omnia igitur sapientū sunt. Ac de lege q̄ sine ipsa geri rem pu. possibile non sit. Nam sine laboribus ait urbem nihil esse utilem. Urbs uero Ciuitas est: Lex uero absq; ciuitate ad nihilum utilis: est igitur urbana lex Nobilitatem uero & gloriā et huiusmodi cētera ridebat: dicens malicis esse uelamenta. Solamq; rectā esse rem. p. quę esse habēda in honore. Dicebat & uxores cōmunes esse oportere nuptias nihil appellās. Sed qui suaderet ei quā induxisset cōgredi cōmunesq; idcirco filios fieri. Nihil esse iniquum ducens ex templo quippiam accipere: aut aliquod gustare animalium: ne iniustū quidem esse humanis uesci Carnibus: idq; ex aliarū gentiū consuetudine liquere atq; hac recta rōne ōnia in omnibus & per omnia esse dicens. Namq; et in pane carnes esse & in olere panē cum panis et corpora reliqua in omnibus per occultos quosdam meatus ac tumores ingerantur. atq; una euaporent. Sicut in Thieste manifestū est. Siquidem ipsius sunt tragedię & non eginetē ipsius familiaris siue paliphōtis Luciam quē scribit Fauorinus in omnimoda historia post obitum eius scripsisse: Musicę uero et geometrię & astrologię cēterorumq; similium fuisse negligentem ueluti inutiliū & quę minime essent necessaria. Fuit autē prōptissimus ad obuiandum hiis que dicerentur. ut ex superioribus liquet. Venditionemq; sui fortissime ptulit. Nam cum in eginā nauigaret: atq; a piratis fuisset cōprebensus. quorum Princeps erat Scirpalus Cretamq; deductus uenditus esset: preconē inter rogante quid sciret facere respondit: scire se hominibus do-

minari. Cum repente aspexit Corinthium quemdam habitu  
 ingenuo pretereuntem Xeniadem quem predissimus hunc  
 digito denotans. huic inquit me uende. hic eum domino indi-  
 get: Emit igitur illū Xenia des Corinthumq; secū adducēs.  
 et filiis preceptorem dedit. et omni domui p̄fecit. Is uero ita  
 se gessit in omnibus ut superstes ille diceret. bonus Demon  
 domum meam introiuit: Refert Cleomenes in libro qui per-  
 dagogus inscribitur: necessarios suos illum redimere uoluisse  
 illum uero eos fatuos dixisse: Neq; enī leones seruos esse nu-  
 trientium sed econuerso se illos seruire leonibus. Nam serui  
 timere est feras uero hōibus terrori esse. Erat autē uiro mita-  
 bilis p̄suadendi uis. adeo ut quēlibet oratione facile caperet.  
 Fertur deniq; Onesicratus quidam eginensis Athenas misisse  
 alterum ex duobus liberis suis Androsthenem nomine: eūq;  
 cum audisset Diogenem illic p̄stitisse misisse itidem: quē p̄e-  
 dixeramus p̄biscum: qui erat maior natu. Ipsūq; similiter  
 detentum fuisse. Tertius uero ipse aduenisse: Atq; una cum  
 filiis p̄biloſophatū esse: tanta Diogenis sermonibus Suauitas  
 inerat. Audiuit ip̄m et Phocion: qui cognominatus est bonus  
 & Stilpo Megarensis. & Complures alii ciuiles viri. Fertur  
 nonaginta ferme ānorum obiisse diem. porro & ipsius morte  
 uaria habetur opinio. Sunt enim qui dicant illum cum bouis  
 pedem crudum comedisset: bilem incurrisse atq; ex ea fuisse  
 defunctum. Alii uero continuisse spiritum: atq; ita expirasse  
 ex quibus est Cercidas megalopita siue Cretensis in meliābis  
 Alii dicunt cum Polipum canibus partiri uoluisset. morsum  
 in cruris neruo accepisse ac ex eo defunctum esse. Ipsiū ta-  
 mē necessarii: ut in successionibus ait Antisthenes: id potius  
 approbant. q. spiritū continendo animā exhalauerit. Dege-  
 bat enim in Cranio: id autē erat gymnasium ante corinthū.  
 Cum uero ex more familiares sui aduenissent: pallioq; obuol-  
 lutum deprehenderent. non illum dormire arbitrati: erat  
 quippe minime somnolentus. sed ex instituto suo durare pui-  
 gil consuetus. reuelato pallio animā estasse inuenerunt: sus-  
 picatig; sunt illū hoc fecisse desiderio migrandi ex vita: hinc  
 ut aiunt inter eos quis eum sepeliret. oborta ceditio fere ad  
 conferendas eos p̄duxit manus. Aduenientibus autem patri-  
 bus illorum atq; primatibus ita sedata discordia: sepultū esse  
 tradunt iuxta portam. que in Isthnum fert. Erigentes autē  
 super illius tumulum columnā: canem desuper ex lapide pa-  
 rio scripserunt. Postmodum & ipsius ciues greis illum statuis  
 honorarunt ita inscribētes. Senescet tēpore quidem hoc es:



sed tua sane Diogenes gloria nō obsolescet omnibus seculis.  
Nam uite gloria mortales illustrari: Facilemque uiuendi uiam  
prætulisti. Aiunt quidam illum dum moreretur mandasse in se-  
pultum proiici cadauer: ut omnes bestię participes ipsius essent  
siue in foueā superiecto modico puluere iniicerent. Alii autē  
in elissum se imitti uoluisse tradūt: ut esset fratribus utilis. de  
metrius autē in equiuocis ait eadē die Alexandrū babylonię:  
Diogenemque Corinthi uita functos esse. Erat autem senex  
Olympiade. cxiii. Feruntur eius ista uolumina. Dialogi capi-  
tulorum Ichthyas cornix pardus plebs Atheniensium res. pu.  
Ars moralis De diuiciis Amatorius Theodorus Hypsias Ari-  
starchus. de morte Epistolę Tragedię. vii. Helena Thiestes  
Hercules Achilles Medea Chrylippus Oedipus. Porro So-  
crates in primo successionū: & satyrus in quarto de uitis nihil  
esse Diogenis affirmant. Tragoediolas autem ait Satyrus  
Philisci eginēsis esse Diogenis discipuli. Sotion autē in septio  
hec sola diogenis esse ait. de uirtute de bono amatoriū paupe-  
rem Tolmeum Pardum Cassandrum Cephalionem Philiscū  
Aristarchum Silyphum Ganymedem De usu Epistolas. Fue-  
runt autem quinque Diognes Primus Appollionates phycus  
Eius autem scriptorum istud initium fuit. Quodcumque dicere  
aggredienti operę pretiū esse uidetur: Initium irrefragabile  
ponere. Secundus Sicyonius: quod peloponnesiaca scripsit. Ter-  
tius hic ipse. Quartus stoicus ex seleucia appellatus est autē  
babylonius ob uicinitatem. Quintus tarsensis qui de questio-  
nibus poeticis scripsit: quas etiam soluere nititur: hunc uero  
philosophum Athenodorus in quinto deambulationum ait.  
conungi solitus sit: lucidum semper uisum esse

OMINVS Syracusanus Diogenis quidem disci-  
pulus. famulus uero mensarii cuiusdā corinthii fuit  
ut Socrates tradit. Ad eum Xenia des qui diogenē  
emerat: frequens pgebat uirtutemque ipsius operum atque in  
dicendo uim predicans: nominū in uiri pellexit amorē. Ille  
enim continuo simulata uesania abicere monet am omneque  
mensę pecuniam cepit: donec a domino repudiatus continuo  
se ad Diogenem contulit. Assequutus est autē & Cratē cyni-  
nicū sepius ceterosque id genus studiose consecratus. Qua ex  
re factum est ut eum dominus suus adhuc magis insanire pu-  
tarit: Fuit autem uir eloquēs & doctus. adeo ut Menander  
Comicus ipsius mentionem fecerit in quadā comedia sic de eo  
dicēs. monimus uir quidā fuit opibilo sapiēs ignobilis. modico

qui perā gessit peras ergo tres. Sed & imaginis uerbo edixit simile nihil ei esse per Iouem quod dictum est: nosce te ipm. neq; hiis quę sunt in laude: sed super hęc omnia mēdicus ille & sordidus. Nam quod reliquū est omne fastū esse ait. adeo uero grauis tantaq; constantia fuit: ut contempta gloria solā ueritatem appeteret. Scripsit autem ludicra sententiis seris p̄mixta De appetitionibus duo & exhortatorium.

**NESICRIT VM** Alii qdem eginensem tradunt. Porro Demetrius Magnesius Astipalensem fuisse ait. & hic ex diogenis Ludo pbatissimus. Videtur autem quiddam habere simile cum Xenophonte. Ille qppe cum Cyro: hic cum Alexandro militauit. Ille Cyri p̄dian: hic Alexandri scripsit initia. Ille cyri hic Alexandri p̄sequitur laudes. Est autem et stilius utriusq; simillimus nisi in quantum q; transcribitur: secundū ab exemplari est. Fuit & Menander Diogenis discipulus cognomento Drymu: bo/meri admirator. Et Hegesius sinoyeus Cloeos cognominatus. Et Philiscus eginensis: quem p̄diximus.

**R A T E S** Ascondii filius thebanus ipse quoq; inter sapientissimos Diogenis discipulos fuit. Ceterū hippobotus non Diogenis eum discipulū fuisse ait: sed brysonis achiui ista feruntur ludicra Pera quedā ciuitas est in medio nigro typho pulchra: & pinguis circūfusa nihil habens Ad quā nemo uir nauigat neq; qui stultus passusq; sit. Neq; auidus meretricis obscenisq; exultans operibus sed am/mum atq; allia fert & ficus et panes: de quibus inuicem non certant neq; sumunt arma pecunię aut glorię gratia. Est et Ephemeris hęc habens illa unlgatissima. Apponit coquo minas decem. Medico dragmam assentatori talenta quinque: consiliario fumū meretrici talentum philosopho triobolum. Vocabatur autem & thyrepanoectes quod in omnē ingre/dereť domum & corripereť: Est eius et illud hęc habeo: quę didici et quęq; curau: atq; me diu docuerunt munera multis. Quodq; ex philosophia fuisset adeptus lupinorū chēnicen & nullius rei curam. Fertur eius et illud: Amore sedat fames. sin minus tēpus eis uero si uti non uales: laqueus floruit maxime circa centesimā et tertiamdecimā olimpiadem: hunc ait Anthistenes in successionibus cū in tragedia quadā cerneret telephum sportulam tenentem aliasq; opulentum ad cinicā philosophiam p̄traxisse. illūq; patrimonio uendito erat qppe



uir nobiles cum aggregasset plus quā ducenta talenta: Cuius  
ea dimisisse, adeoque constanter perbatum esse: ut et Philemon  
comicus ipsius mentionem fecerit. Ait nempe estate quippe  
habuit pallium crassum: ut se contineret, hieme autē pannū  
Refert autem Diocles persuasisse sibi Diogenem ut poculū  
dimitteret, ac si quid pecunię haberet iactaret in mare. Atque  
Cratis quidem domus inquit ab alexandro. Hipparchi uero  
a Philippo Quosdam ex propinquis ad se uenientes atque auer  
tere ab instituto molientes: se penumero baculo persequabatur  
constansque perdurabat. Porro Demetrius magnesiensis ait depo  
nisse illum pecuniam ad trapezitā: & cōditione ut siquidē  
Filii ideoque essent: eam illis redderet, sin autē phi plebi distri  
bueret, nibilo quippe egeret phos. Eratosthenes autē refert,  
cum ex hipparchia de qua dicemus: natus sibi esset Filius Pasi  
cles nomine: eum iam adultum ad ancillę adduxisse domum  
ac dixisse: hoc ei paternū esse matrimoniū. Ceterū mechorū  
exilia & cedes: tragicorum esse premium, eos uero qui scortis  
congrederentur: amicorum quippe ex luxu & ebrietate in  
saniam gigni. Huius frater Pasicles fuit: Euclidis discipulus  
eius facetum quippiam Fauorinus in secūdo cōmentariorum  
refert. Ait enim pro quodam deprecans Gymnasiū principē  
eius ilia tetigit. Illo indignante quod enim ait nonne et ista tua  
sunt sicut & genua. Dicebatque possibile non esse inueniri: qui  
lapsus non sit sed ueluti in malo punico granū etiam aliquod  
putridum esse. Cum Nicodromū citharedum irritasset: cęsus  
in faciē est. Cartulam itaque imponens fronti inscripsit. Nico  
dromus fecit. scorta ex industria insectabā maledictis una  
et se ipsum exercens ad perferenda conuicia Demetrio valerio  
qui sibi panes ac uinum miserat exprobrabat dicens utinam  
et fontes panes ferrent Constat igitur aquam bibisse ab athe  
niensibus ciuilibus iuris peritis arguebat cur sindone amiceret.  
quibus ille theophrastū inquit ostēdam uobis opertū sindone  
non credētibus induxit illos in tōstrinam ubi ille tōdebat.  
ostēditque lino cooptum cū thebis a Principe gymnasii flagris  
cęsus esset siue secundū alios corinthi ab Eutycrate, ac pede  
traheretur dicebat ridens.

Diocles autē pertractū eum a Menedemo eretrienſi testatur  
Nam cum esset decorus & Asclepiadi philiatio usui esse uide  
retur tetigit Crates illius coſſas dicens intus asclepiades qua  
ex re indignatū Menedemū traxisse illum idque eum dixisse.  
Zeno uero citius in libris de usu pellem ouis quoque insuisse  
pallium refert, ut esset informior. Erat autē & facie turpis.



& cum se exerceret ridebat. Solebat autem sublatiis manibus dicere confide Crates pro oculis & corpore reliquo. Hos autem uidebis irrisores iamiam ex morbo contrahi ac te beatum dicere se autem ociositatis arguere Dicebat autem tam diu phandum esse quoad uideantur duces nobiles esse asinarii Desertos dicebat quicum assentatoribus essent: non secus ac uituli cum inter lupos sunt. Neque enim cum illis propinquos: neque cum hiis esse: sed insidiatores. Cum autem sentiret se morti proximum: inspicebat seipsum dicens perge iam amice perge ad inferni sedes statu ob senium curue. Erat quippe ex senectate curuatus. Alexandro rogante num uellet restitui: ac refici patriam suam quid ait opus est: rursus enim fortassis Alexander eam alius diruet habere se patriam contemptum glorie & paupertatem fortuna nunquam casura bona. Diogenis quoque ciuem esse inuidie insidias non metueutis. Meminit ipsius & Menander in geminis dicens. Mecum enim ambulabis pallio amicta: sicuti cum Crate cynico quandoque coniunx & filiam tradebat illis ut ipse ait: probationi triginta inductis diebus: discipuli eius.

**E T R O C L E S** Hipparchie frater cum prius au-  
diret Theophrastum Peripateticum adeo corruptus  
erat: ut cum sepe inter differendum crepitum uentris  
emitteret: pre angore animi domi inclusus moraretur con-  
tinere uolens. hoc agnito Crates ingressus est ad eum conso-  
laturus ac lupinis ex industria uoratis. persuasit quidem illi primum  
uerbis nihil mali fecisse. fore quippe prodigium si non et secundum  
naturam flatum emitteret. Tum uero & ipse in huiusmodi  
crepitum erumpens illum ex similitudine operis erexit: hinc  
ipsius iam auditor fuit. euasitque uir in philosophia eminens: hic  
libros suos ut ait hecaton in primo exornationum combustit dicens  
sunt ista somniorum fantasmata ueluti deliramenta: Sunt qui  
Theophrasti commentaria quoque ex illius ore preceperat: combustisse  
ferant ac dixisse Vulcano celeratque nihil hic tui indiget the-  
tis. Res docebat partim emi pecunia ut domum. partim tempo-  
re & diligentia ut disciplinas liberales. diuicias nocere nisi quis  
eis digne utatur. Obiit senex a seipso suffocatus. Porro disci-  
puli eius fuere Theombrotus atque Cleomenes. Theombroti  
auditor fuit Demetrius Alexandrinus. Cleomenis autem timar-  
chus Alexandrinus & Echeclus ephesius: qui & ipse theom-  
brotum audiuit. A quo Menedemus de quo postea dicemus  
Fuit inter illos isignis & Menippus Sinopeus. Incidit autem  
in illorum rhetia Metroclis quoque soror Hipparchia.



IPPARCHIA Metroclis soror: erant autem  
maronite ambo: Amabat uero & Crates vitam atq;  
uerba. Neq; ulla omnino pcorum excellentia potuit auelli.  
non opibus non nobilitate non pulchritudine. Sed hec omnia  
sibi Crates erat parentibusq; minabatur: seipsam nisi huic tra-  
deretur. necaturam. Cum igitur Crates a parentibus puellę  
rogaretur: uti ab hoc illam pposito auerteret: postq̃ egit oĩa  
nec psuasit exurgens omni sua supellestile ante illius oculos  
exposita. hic ait sponsus: hec eius possessio est ad hec deliber a  
Neq; enim esse nostri cōsors poteris: nisi eadem studia attige-  
ris. Elegit continuo puella sumptog; illius habitu: una cum  
uiro circuibat: & cōgrediebatur in aperto atq; ad cēnas pfi-  
ciscabatur. Quo tempore & ad Lysimachum ad conuiuiū ue-  
nerunt: ubi & Theodorum impium coarguit sophisma huius  
modi obiciens. Quod faciens Theodorus iniuste agere non  
diceretur. id hip parchia si faciat: facere iniuste non diceť. the-  
odorus autē seiplum feriens iniuste non agit. ne Hipparchia  
quidem Theodorum cēdens iniuste agit. Tum ille ad id qđ  
minim; respondit: sed illius pallium traxit. Sed neq; territa  
neq; pturbata hipparchia ut mulier est. Verum & dicēte sibi  
illo. hec est quę tetrini reliq; radios. Sū eqđ inq; theodore  
Sed num tibi male de me ipsa statuissē uideor: si tempus quod  
in tetrino consumptura eram: discipline potius impendi.  
hec & alia innumera de phante femina dicunt. Fertur & cra-  
tis epistolarū in quibus preclare philosophat. Stilus ipse sepe  
Platoni similis uidet. Scripsit & tragedias altissimo phig stilo  
quale illud est. Non una patrię turris non. non una tecta sed  
terre ōnis & ciuitas et domus parata nobis modo uiuere deť  
Obiit uetulus. atq; in Boetia sepultus est.

ENIPPVS ē ipse cynicus patria qđ phoenix:  
condicione seruus fuit: ut ait Achaicus in ethicis:  
Diocles autem domini ipsius & ponticū fuisse. bato-  
nemq; uocatū tradit. Cum uero pre cupiditate importunius  
peteret thebanus fieri ualuit. Edidit qđem dignū momeria  
nihil porro ipsius libri multo risu referti sunt non secus atque  
meleagri qui tempore suo fuit. Refert Hermippus diurnū  
feneratorē fuisse uocatūq; Hemeroclanistem. Nang; nau-  
tica usura fenerari conariq; ut pecunias complures cogeret:  
Tandem insidias ppessum omnibus priuatum esse ac pre me-  
rore laqueo sibi uitam extorsisse. Quidam eius libros nō ipsius  
esse: sed dionysii & Zopiri colophomorū tradūt. qui iocandi



77  
causa conscribentes ei ut disponere idoneo dederunt. Fuerūt  
aut Menippifex Primus qui de lydis scripsit Xanthū; bre-  
uiāuit: Secundus hicipse Tertius stratonicus sophista. qua rtus  
sculptor Quintus & sextus pictores utrosq; memorat Apol-  
lodoros Cynici autem uolumina tredecim sunt  
Testamēta epistole composite & deorum psona ad phisicos  
& mathematicos grāmaticosq; et epicuri et fctus & eas que  
ab ipsis religiose coluntur ymagines & alia.

**E N E D E M V S** caloti lamphasceni discipulus  
fuit hic ut ait Hippobotus in tantum pdigiose sup-  
stitionis uenerat ut sumpto habitu furie circuiret.  
dicens speculatorem se ex inferno uenisse peccantiū ut itera-  
to discedēs hec ubi demoibus renūciaret que uidisset. Vestis  
hec erat pulla tunica talaris astricta punicet: Balteo Pilleus  
archadicus capiti impositus habens intexta elemēta. xii. cho-  
turni tragici barba prolixa uirga in manu fraxinea. Atq; ite  
quidem uite sunt singuli cuiusq; cynicorū: Subiiciēda nunc &  
que comuniter illis uisa sunt. Siquidē & sectā hanc phie esse  
iudicamus: non ut qdam uolunt constantiā uite. Placet ergo  
illis rationalē naturalēq; phiam tolli opp ortere: ab Aristone  
chio non discidentibus moralisq; soli intēdi. quodq; pleriq; So-  
crati hoc diocles diogeni inscribit. hunc asserēs dixisse inqui-  
rendū quid nobis boni maliq; domi sit. Repudiant & discipuli-  
nas liberales: Deniq; neq; discendas literas dixit Antisthenes  
ne frugis effectū puerterent alienis. Tollūt & geometriā et  
musicā et cetera. Id genus nēpe enim et Diogenes cuidam  
ostendēti sibi boroscopiū: utile sane inuentū ait ne priuemur  
ceua ad eū uero qui musicā sibi pferebat ait. Nam uirorū sen-  
tentis bene se habent urbes atq; domus: nō cantibus nec pul-  
sibus placet eis et finē esse scdm uirtutē uiuere: ut Antisthe-  
nes ait in hercule similiter ut stoicis. Nam societas quedā est  
in has duas sectas unde et cinisium dixere breuē ad uirtutē  
uiam atq; ita uixit et zeno citicus. Placet item eis simplex et  
pabilis uictus: quippe qui sobriis cibariis utunt et solis palliis  
diuicias gloriā nobilitatēq; contēpnunt: Itaq; plerūq; herbis  
et aqua tantū frigida utuntur operimētisq; fortuitis et doliis  
sicuti Diogenes qui dicebat deorū esse ppum nihil indigere:  
quorū uero qui diis essent similes minimis egere. Virtutem di-  
cunt esse docibile ut in herculē ait antisthenes: esseq; minime  
reiciendū sed studiose colendū. ac sine peccato sapientē et si-  
mili amicū fortunę quoq; nihil pmittendū. que uero inter uir



tuti subincidunt. Alia quidem quid quodq; entū sit inspicit.  
Alia uero quid uocetur. atq; in hunc modū de rationali Phie  
parte differunt. Enimvero moralem phie ptem in subiectos  
diuidunt locos. uidelicet de appetitione de bonis & malis. de  
pturbationibus: de virtute de fine deq; pma existimatione &  
de actibus ac de officiis. de adortationibus et de hortatōibus  
in hunc autē modū sub distinguunt: Chrysippus. Archedemus  
Zeno tarsensis Apolodorus Diogenes Antipater et Possido  
nius. Nā Cittigius zeno & Cleanthes ut atiquiores simplicius  
ista tractarunt. At hiet rationalem naturalēq; phie partem



diuiferunt. Primā autem hanc animantis appetitionē fuisse dicunt. seipsum tuendi atq; seruandi: natura sibi ipsum ab initio ita conciliante: ut Chrysippus ait i primo de finibus p̄mū p̄p̄riū cuiq; animanti dicens sui ipsius fuisse cōmendationē: huiusq; notionē: Neg. n. p̄bas erat aīal ipsum uel ab se alienū fieri. uel oīo id fieri uel non sibi maxime p̄pinquū fieri. Restat ut dicamus. hanc ip̄m sibi maxima concordia & caritate deuinxisse. Ita enī & noxia propellit & quę ad sui cōstantiam sunt utilia suscipit. Quod autē dicunt quidam p̄mā appetitionē animantibus ad uoluptatē fieri. falsum p̄fecto est. Accessionē enim dicunt. si quid sit uoluptatem esse cū ipsam per se natura Inquiserit: & quę cōmēdationi suę sunt accōmodata p̄ceperit: quēadmodū exbilarescunt animalia uirescuntq; arbores. Nihilq; aiūt differt natura in arboribus & animalibus quando de illis absq; motu uolūtatis ac sensu disponit. & in nobis quędam eadem ratione fiunt. Cum uero ex sup̄fluo appetitio animantibus accesserit: quatenus pagant quę sua sunt in eis quidē naturali cōstantia appetitionē illam disponi. Ceterū cum rationabilibus p̄fectiore p̄cepto data sit ratio scđm eam uiuere s. recte fieri his quę scđm naturam sunt: ea q̄ppe artifex attendit moderatrixq; appetitionis. Quocirca p̄mus Zeno in libro de natura hōis finē ait consentaneę scđm naturam uiuere. Id autē est scđm uirtutē uiuere. Ad eam quippe natura nos ducit. Similiter & Cleāthes in libro de uoluptate & possidonius & Hecato in libro de finibus. Rursus secundū uirtutē uiuere idem est q̄ secundū peritiam eorū quę secundū naturam accidunt: uiuere ut Chrysippus in p̄mo de finibus ait. Partes enim nature Vniuersi sunt nature nostrę. Idcirco finis efficitur consentaneę secundū naturā uiuere secundum suam omniūq; naturā. Nihil eorum faciēdo quę a cōi lege p̄bibent: quę est recta ratio in oēs p̄means. eadēq; in loue hoc principe gubernationis omniū quęcunq; sunt existente: Esse autē hoc ip̄m felicitis hōis uirtutē & copiam uitę cum oīa gerūtur secundū cōcrodiam cuiusq; genii pro uoluntate gubernatoris omniū. Diogenes igitur finē diffinite dixit rationi rite obtēperare in eis eligendis quę secundū naturā sunt. Arche demus autē nihil officiorum omitteudo uiuere. Naturā autē Chrysippus quidem eam cui cōsentaneę oporteat uiuere: et cōem intelligit et p̄prie hūanitatis. At uero Cleāthes cōem tantūmodo naturā suscipit. quam sequi oporteat non etiam p̄ticularē uirtutēq; affectionē esse cōsentientē: et ipsam p̄pter se ip̄am esse uirtutem. non ob metum aliquē aut sp̄em aut



aliquid eorū que sunt exterius . inq; ipsa constitutā esse beatā  
vitā. Quippe cum sit animę infita ad cōsensionē totius uite  
Perueri autē rationale animal plerunq; exterioribus nego  
ciis inductū & quasi rationaliter psuasum. aliquando autē ob  
presentiū instructionē. Natura enim occasiones dat minime  
puerfas. Est autē uirtus alia quidē cōiter oibus pfectio quēdā  
ueluti statūq;. Alia inuisibilis ueluti sanitas: & alia speculatiua  
uel intelligibilis ut est prudentia. Ait .n. Hecato in pmo de  
virtutibus scientiā quidem & speculatiuas quę ex speculationi  
bus constantiā habeant: uirtutes tueri: ut prudentiā atque  
Iusticiam . Speculatione autē uacantes eas quę ita ferme per  
extensionē inspiciant. ut ille quę ex speculationibus cōstant.  
ueluti sanitatē & robustitatē . Quippe & insipientiam: quę in  
speculationis parte est . sequi contingit ac proferri sanitatem  
non secus ac fornicis structurę robur accedere . apellant autē  
quia cōsensiones non habent: sed accedunt  
& circa ignauos sunt ut sanitas & uires Argumentū uero qd  
substantialis uirtutis sit . ait Possidonius in pmo moralis oratio  
nis qd in profectu fuerint Socrates . Diogenes & antisthenes  
Esse autē & uitū subsistens quia uirtuti opponatur: Docibile  
uero esse uirtutē: & Chrysippus in pmo de fine dixit. & Cle  
anthes & Possidonius in exhortationibus et Hecato . q autē  
docibilis sit. ex eo cōstat: q; boni ex malis fiant . Panætius qdē  
duas posuit uirtutes . contemplatiuā et actiuā: Alii tres.  
rationalem naturālē et moralē . Quatuor possidonius plures  
Cleanthes Chrysippus & Antipater: Nempe enī Apolopha  
nes unā dicit uirtutē prudentiam . Porro uirtutū alias quidē  
pimas: alias uero eis subiectas . pimas quidē ac ueluti principes  
prudentiā fortitudinē Iusticiā temperantiā . harū at in specie  
Magnanimitatē continētiā tolerantiam . Ingeniū consilium  
Ac prudentiā quidē Scientiā esse bonorū ac malorū ac medi  
orū . Iusticiam uero scientiam eorū quę eligenda sunt . quęq;  
fugiēda quęq; sunt media . Cēterū magnanimitatē Scientiā  
quę habitū faciat celsiorē omnibus . quę contingere possint .  
equaliter bonorū ac malorū . Continentiam uero affectionem  
inuiolabilem rectę rationis . siue habitū uoluptatibus insupe  
rabilem . Porro tolerantiam scientiā siue habitū earū rerum  
quibus insistendū sit . uel non . atq; mediarū . Ingenium autem  
habitum celerē officii inuētorem . Consilium uero scientiam  
inspiciendi quēnā et quo pacto gerētes utiliter operemur .  
Consentaneum est autē uitiorum quog; alia pima: alia bis esse  
subiecta . Puta imprudentiā formidinem Iniusticiā Intēperā



tiam incontinentiāq; et hebitudinē: et pessimum consilium  
 his esse subiecta. Esse autē earum rerum ignorantia uitium:  
 quarum scientia uirtus sit. Bonum uero comuniter quidem  
 id esse qd sit utile pprie uero siue idem: Siue ab utilitate non  
 alienum. quo circa ipsam quoq; uirtutem et piceps ipsius bo-  
 num ita tripliciter dici. Cuiusmodi sit bonum ex quo contin-  
 git: ueluti ueluti uirtutis actū. A quo autem ueluti studiosū  
 uirtutis picipem Aliter ita proprie diffiniunt bonū quod sit  
 pfectū scdm naturā rationalis uel quasi rationalis huiusmodi  
 uero esse uirtutē: ut qui picipēt sui actus uirtutis ac probos  
 esse. Accessiones uero ipsius gaudiū esse & leticia et similia.  
 Eodē modo & in malis aliud quidē esse Imprudentiā formidi-  
 nē iniusticiam & his similia: quę autē picipent malis uiciosos  
 esse actus & malos hoies. Horum esse accessiones moerorem  
 & angorem et cetera in hunc modū. Preterea bona alia esse  
 circa animū. Alia extrinsecus. alia neg; circa animū neg; ex-  
 tra. & ea quidē quę sint circa animū Virtutes esse uirtutisq;  
 actiones. Que uero extrinsecus sunt. Nobile habere patriā  
 & amicū carū atq; probum. Harūq; rerū comitē felicitatem  
 quę uero nec extrinsecus neg; in animo sunt: quęq; ipm sibi ipsi  
 esse bonū ac felicē. Rursus autē mala partim esse circa animū  
 ipsa. s. uicia actusq; uiciosos ptim extrinsecus ut stultā habere  
 patriam. & stolidū amicū & quę ista consequitur. infelicitatem  
 partim neg; extrinsecus esse neg; circa animū ut ipsum sibi ipsi  
 esse malū atq; infelicē. Itemq; bona alia uersari circa fines &  
 dici alia in effectū consistere. & dici  
 efficientia. alia utrunq; simul esse. amicū qdem & quę ab ipso  
 nobis proueniūt cōmoda efficientiā esse bona. Porro confide-  
 tiam & magnitudinē animi et libertatē et oblectationē et le-  
 ticiam et trāqllitatē omnēq; uirtutis actū finis in parte esse  
 eadem uero utrūq; simul esse. Nam ex eo quidē quod pficiūt  
 felicitatē: effectiua sunt bona ex eo uero q; illam ueluti ptes  
 ipsius implent ad finē ptinent: pari ratione malorū quoq; alia  
 esse alia effectiua alia in utrunq; modū se habentia:  
 Inimicū nempe et quę ab ipso exoriunt incōmoda. effectiua  
 esse. Stupiditatē aut et humilitatē et seruitutē et molestiam  
 et merorē ac tristitiā omnēq; actum malicię ad finē ptinere:  
 Ea uero se utroq; modo habent Nam et ex eo quod inferunt  
 infelicitatē: effectiua sunt. et ex eo q; eam utpote ipsius ptes  
 implent. ad finē ptinent: Preterea bonorū animi alia habitus  
 sunt. alia affectiones. alia neutrum. affectiones quidem uir-  
 tutes sunt: habitus autem studia Porro actiones neg; habitus



neq; affectiones sunt. Cōiter autē bona sunt mixta: ut fecunditas proles et quieta senectus: Simplex uero bonū est Scia. Ac semper quidē presentia bona uirtutes nō semper autem: ut gaudiū deambulatio. Bonū autē omne conducens & oportū & Cōmodū et utile & aptum & pulchrum et Iuuans & optabile & iustum esse. Conferens quidem quod ea conferat quibus contingentibus: emolumentū capimus oportū qđ ea quę oportet cōtineat. Cōmodū quod ad id accōmodatum sit ut excellat emolumento extrinsecus contracta cōmertia. Veile quod usum prestet utilitatis. Aptum uero quod laudabilem conuenientiā operet. Pulchrū quod uenustū sui usum prebeat: Iuuans quod tale sit ut iuuare possit. Optabile quod cuiusmodi ut optione pposita merito id eligamus. Iustū uero quod iuri ac legi concordet efficiatq; societates. Honestū at quod sit pfectū dicunt bonū qđ oēs a natura quęstos habeat numeros. sitq; pfecte moderatū. Eius quatuor Species tradunt. Iusticiam fortitudinē temperantiā & scientiā. Porro his honestas actiones consumari. Eadem itidē ratione turpe quod est in species quatuor scindunt in Iniusticiā formidinē intēperantiā & insipientiā. Dicit autē honestū unice quidē qđ possēssores sui laudabiles facit. bonū dignum laude. aliter aut bene & apte ad opus suū natū esse. Aliter uero qđ ornat: Cū dicimus solū sapientē bonum honestūq; esse. Dicunt autē qđ honestū sit id solum esse bonū: ut Hecato in pmo de bonis ait. & Chrysippus in libro de honesto Id autē esse uirtutē. & qđ sit uirtutis piceps. cui equale illd est bonū oē qđ sit id honestū esse. Honestūq; ac bonum tantumdē ualere. Id autē huic simile est. Nam quia bonum est honestum est: Est autē honestum. bonum ergo est. putant & oīa bona esse paria bonūq; omne summo opere esse appetendum. idq; nec augmētum suscipere nec detrimētum eorum autē quę sunt aiunt: alia bona mala alia alia neutra bona quidē uirtutes esse prudentiā. Iusticiam fortitudinē temperantiā et cetera id genus. Mala uero his opposita uicia. Imprudentiam iniustitiā et cetera. Neutra uero que neq; prosunt neq; obsunt ut est uita: sanitas pulchritudo uoluptas robustas opes gloria nobilitas et que his opposita sunt. Mors egritudo dolor turpitudine infirmitas inopia obscuritas atq; ignobilitas et his similia ut ait Hecato in Octauo de fine. et apolodorus in ethice et Chrysippus. Non enī esse ista bona. sed indifferentia per speciem producta: sicut. n. caloris pprium est calefacere. nō refrigerare. ita et boni pprium pdesse est: et nō nocere Non autem magis prosunt q̃ noceāt



opes atq; sanitas. Quo autē bene uti. et male possumus: id bonum non est: diuiciis autē et sanitate bene et male uti possumus. Non est igitur bonum opulentia & sanitas: Possidonium tamen ista quoq; bona esse dixit. Sed neq; uoluptatem bonum dicunt: & Hecato in octauo de bonis et Chrysippus in libris de uoluptate: Esse enim & fedas uoluptates: nihil uero fedū esse bonū. Prodesse autē est mouere aut habere scdm uirtutē: Contra uero nocere est mouere aut habere scdm uitiū. Duobus autē modis dici indifferentia. Vno qd eam quę neq; ad felicitatē neq; ad infelicitatē conferunt. ut sunt diuitię sanitas: uires gloria & cetera id genus. Nam & sine his possibile est felicem esse: cum earū usus uel rectus felicitatis uel prauus infelicitatis auctor sit: Aliter autem dicuntur indifferentia quę neq; appetitū neq; occasionē mouēt ut est uel pares in capite habere capillos uel impares: uel extendere uel contrahere digitū. Priora. n. quę diximus indifferentia non ita se habent. Illa quippe & appetitū et occasionē mouent. Idcirco alia qdē ex eis eliguntur. cum cetera equa ratione uel eligenda sint uel fugienda. Porro indifferentiū alia quidem producta sunt: quę dicunt. Alia abducta quę uocant. Producta quidē quę habeant exstimationē Sequētia uero quę exstimatione careant. Exstimationē uero alia qdē conferre aliquid ad consentaneā uitam. quę circa omne bonū est. Aliam uero mediā quandam uim aut usum cōferre ad eā uitam: quę sit scdm Naturā cuiusmodi dicere possumus opes atq; sanitatē si quid afferāt ad naturālē uitā. Aliam uero esse exstimationē probati uicissitudinē quācūq; statuerit pitus rerū ut uerbi gratia cōmutare cum ordeo triticū. Esse igitur producta quę & exstimationē habent: ut in eis quidē quę ad animū ptinent. Ingeniū artē profectū & hiis similia. In corporalibus autē uitā sanitatē robur bonā habitudinē integritatē pulchritudinē. In eis uero quę sunt exterius diuitias gloriā nobilitatem & hiis similia. Contraria autē superioribus in hiis quidē quę ad animū ptinent obtusionē hebetudinē inertiam & his similia: Porro in corporalibus mortem morbū imbecillitatē malā habitudinē debilitatem turpitudinē & hiis similia. In exterioribus autē paupertatē obscuritatē ignobilitatem & cetera in hunc modū. Neq; uero producta sunt neq; non producta: quę neutro se habent modo. Preterea productorum. Alia quidem per se ipsa pducta sunt: Alia uero propter alia: Alia & propter seipsa et propter alia. Per seipsa quidē ut ingeniū profectus & similia. Per alia uero ut Diuitie nobilitas &



cetera id genus Obseip̃a uero & alia ut ualentia uiuacitas ten  
suum incolumitas: per se ipsa quidem quia per naturam sunt.  
Per alia uero quia non modico usui sunt. eodē se modo habet  
abductum contraria ratione. Officiū autē id esse dicunt: qđ  
cur factū sit probabilis ratio reddi potest. pertingere autem  
id ad arbores eitā et animantes. Notari nanq; & in hiis officia  
Ceterū & a zenone pmo ita appellatū officiū  
ex eo qđ per quosdā ueniat appellatōne sumpta: esse autē id  
actiōnē quādā naturalibus apparatib; propria. Nam ex his  
quę scdm appetitū garūtur. Alia quidē esse officia Alia uero  
p̃ter officium. Ea uero officia intelligenda. que ratio faciēda  
suaserit: ut parentes honorare. fratresq; ac patriā tueri. ami  
cos parare. illisq; adesse. Pręter officiū sunt quę ratio fugiēda  
suggererit: ut est parētes negligere. Fratrum omittere curā.  
amicis non consentire patriamq; aspernari. et cetera in hunc  
modū quęq; autē ratio fieri neq; hortatur neq; uetat: ea neq;  
officiū esse. neq; p̃ter officiū ut est festucam tollere. tene  
re stilū urceum & cetera id genus. Atq; alia quidē officia esse  
absq; errore. alia cum errore. Sine errore quidē ut se sensusq;  
tueri & similia. Que uero cū errore fiunt. ut mutilare se ipm  
substantiamq; prouicere: eadem ratione & de hiis que p̃ter  
officiū sunt. Preterea officiorū Alia qđ se efficiēda sunt alia  
uero non semper et semper sane ut est interrogare atq; res  
pōdere et ambulare et eius generis oīa. Eadem et in hiis que  
sunt p̃ter officiū ratio est. Est etiā in mediis officiū aliquod  
ut est pueros obtēperare pedagogis. Aiunt autē animā octo  
in partes esse diuisam: esse autē has illius partis quinq; sensus  
uocalēq; pticulā & cogitabilē: que est ipsa mens & generan  
di vim Enim uero ex falsis accedere mentis p̃uersionē ex eaq;  
cōplures pullulare pturbationes atq; incōstantiq; causas. Est  
autē secundū Zenonē ip̃a pturbatio irrationabilis ac p̃ter  
naturā animi motus. siue appetitio abundans. Porro pturba  
tionū sup̃marū ut ait Hecato in secūdo de pturbationibus ac  
zeno in eo quē scripsit itidē de pturbationibus libro. quatuor  
esse genera. dolorē metū concupiscentiā uoluptatē. Putant  
autē pturbationes iudicia esse ut Chrysippus in libro de ptur  
bationibus ait. Quippe auariciā opiniōē esse inherētem de  
pecunia q; honestā sit. ebrietatēq; itidē & intemperantiā &  
cetera similia. Ad dolorē quidē irrationabilē animi cōtractiō  
nē esse: Eius autē species misericordiā inuidiā: emulatiōē ze  
lotypiam angorē conturbationē tristitiā merorē. cōfusiōē  
Misericordiā igit̃ egritudine esse ex alterius miseria iniuria



laborantis. Inuidiā uero dolorē esse in alienis bonis. gmulatio  
nē dolorē esse ex eo q̄ alius eo potiat̄ qđ qsq; cupierit. Zelo/  
typiā egritudinē esse ex eo uenientē q̄ adsit alteri quod ipse  
qsq; habeat. Angorē uero egritudinē esse p̄mentem. Con/  
turbationē egritudinē esse angustantē difficultantēq; p̄stā  
tē. Tristitiā egritudinē p̄manentē altius insitā aīo atq; cres/  
centē. Moerorē egritudinē laboriosam. Confusionē egritu/  
dinē esse irrationabilē mordentē & presentia conspici p̄hibē  
tem. Timorē autē esse metū impēdentis mali. Porro ad timo  
rem & ista referūt. Metum pigriciā pudorē terrorē tumul/  
tū anxietatem: Esse autē metū timorem trepidationem faci/  
entem. Pudorem metū esse ignominie pigriciā metū futuri  
laboris. Terrorem metū ex inuete rei imagine proficiscen/  
tem. Tumultū metū esse cū adhesiōe uocis. Cōcupiscentiā  
uero irationabilem esse appetitū cui & ista subincidunt. Indig/  
gentia odiū contentio ira amor iracūdia excandescencia. Est  
autē Indigentia cupiditas quedā cum eo non potimur qđ cupi/  
mus. ac ueluti a re ipsa seperata frustra uero ad illam nitens:  
Odiū uero est cupiditas. qua male cuipiā optamus: cū p̄fecta  
aliquo & incremento. Contentio cupiditas quedā est ab ele/  
ctiōe p̄fecta. Ira libido puniendi eius est qui lesisse uideatur  
iniuria. Amor autē est concupia quedā in p̄stantis ingenio ui/  
ros non cadens. est enī insidiatrix industrie et studii per aptā  
ac se ingerentē pulchritudinē. Iracundia est ira inueterata:  
& plena odiū ulciscendi tempus obseruans qđ hisce uerbis os/  
tendit̄. Porro excandescencia est ira nascens et modico exites  
Ceterū uoluptas est irationabilis eius rei appetitus que uide/  
atur expetenda. Eius ptes sunt delectatio gaudiū in malis ob/  
lectatio effusio. Est at delectatio uoluptas suauitate auditus  
animū deliniens. Insultatio autē uoluptas in malis alienis. ob/  
lectatio quedā est inductio animiq; iclinatio: ad uoluptatem  
emolliens. Effusio uero uirtutis dissolutio est atq; remissio. Si/  
cut at in corpore sunt egrotationes quedā ueluti podagre &  
articulorū dolores: ita & in aīo glorię appetitio immodica: &  
& mulierositas et cetera eiusdem generis. Est autē egrotatio  
morbus cū ibecillitate. Morbus autē opinatio uehemens eius  
rei que uideat̄ expetenda: et sicut in corpore casu gignuntur  
egritudines quas dicunt puta bilis et pituita  
ita & in aīo sunt quedā p̄cliuitates ut inuidetię cōtentōes ac  
similia. esse at & bonas affectiōes aīut tres. gaudiū cautionē  
uoluntatē. esse uero gaudiū placidū & cōstans contrariū do/  
lori. rōnabilēq; uoluptatē. Cautionē uero malorū declinationē



eū rōe timori contrariā. quē est declinatio sine rōe. Nā me-  
tuere nunq̃ sapiētē sed cauere: Cupiditati uoluptatē cōtrariā  
dicūt quē sit appetitio rōnabilis quēadmodū igiŕ sub poribus  
pturbatiōibus quē lā adiungunt. Ita & sub p̃mis affectiōibus  
Nāq̃ uolūtati adiūgi beniuolentiā placiditatē lenitatē dilec-  
tionem. Cantioni aut uerecundiā castitatē & cetera id genus  
Gaudio iocūditatē lēticiā equanimitatē. Aiūt aut & sapientē  
sp̃ getū esse. ac pturbatiōibus uacūū. Esse itē & aliū sine passi-  
one malū. s. qđ tantū dē ualere ac si dicat durus & ad uirtutis  
actiones imobilis. Fastu itidē uacare sapiētem qppe tantidē  
honore & gloriā existimare quāti dedecus et ignominia esse  
et p̃ditū quēlibet sine fastu Quippe q̃ eque mouent ad decus  
& ad ignominia. Seueros itē aiunt esse sapiētes ōnes: qđ neg;  
ip̃i loquantur ad uoluptatē neg; ab aliis ad uoluptatē dicta ad-  
mittant: esse aut & alios Seueros: qui ad rationē acrioris uini  
seueri dicant. quo ad medicamēta potius q̃ ad p̃potionē utū-  
tur. Sinceros item esse sapiētes obseruareq; & cauere sollicite  
ne qđ de se melius q̃ sit cōmēdare putent fūco seu arte aliqua  
mala occultante & bona que insunt apparere faciēte ac circū-  
cidere uocis ōnē fictionē. esse itidem specie a negociis remo-  
tos. Cauere enī ne qđ p̃ter officiū faciant. ac uinū qđ bibere  
nō aut inebriari. Nunq̃ itē sanitate mētis excidere. Incide-  
re tamē aliquādo in phantasias mōstruosas p̃pter atre bilis re-  
dūdantiā siue ob delirationē nō qđ de ueritate rōis. uerū ex  
imbecillitate naturę. Neg; dolore capiendum sapiētem qđ is  
egritudo sit animi rōe aduersante cōtractio sicut apolodorus  
ait in moralibus: diuinos quoq; esse q̃ in se ipsis quali habeant  
deum. Malum uero & impium sine deo esse qđ duplici rōne  
accipit siue q̃ deo cōtrarius dicat: siue q̃ asp̃net deū. Id tamen  
malis ōnibus non cōuenire. Pios autē & religiosos esse Sapi-  
entes. peritos. n. esse diuini iuris ōes. Porro pietatē scientiā  
esse diuini cultus. Diis itē eos sacrificia facturos castosq; futu-  
ros. Quippe ea que in deos admittunt peccata detestari. diis  
q̃ caro: ac gratos fore: qđ sancti iusti; in rebus diuinis sint so-  
los uero Sacerdotes esse sapiētes. Cōsulere qppe ac decerne-  
re de sacrificiis tēplorum instructionibus lustrationibusq; ce-  
teris que sunt diis gratissima. Colēdos item parentes ac frēs  
post Deos monent. aiunt at affectum et indulgentiā in filios  
ip̃is esse naturalem malisq; inesse negāt. Peccata item paria  
existimant ut Chrysippus ait in quarto naturalū quēstionū  
Perseusq; et zeno. Nam si uerū uero maius non est nec falsū  
falso maius erit: ita nec fraus fraude: nec peccato peccatum.

Nam et qui centū stadiis abest a canapo et qui uno eque in ca-  
 napo non sunt. Itaq; & qui minus peccat et qui āplius eque in  
 recto opz nō sunt. heraclides tamē tharsensis antipatri thar-  
 senis necessarius. Atq; athenodorus Imparia peccata dicunt  
 Accessurū item sapientē ad rē. p. nisi quid impediāt. ut chry-  
 sippus in pmo de vitis ait. Namq; & uitia ppulsaturum et ad  
 virtutē excitaturū ciues suos Vxorē itē ducturū pcreando  
 rū liberorū causā. ut zeno ait in re. p. Sapientē p̄terea nō  
 opinaturū. i. mendacio non accessurū neq; assensurū cuiq; Cy-  
 nicāq; sectā amplexurū. esse enī illam ualidā ac celerē ad uir-  
 tutē uiam. ut Apolodorus i moralibus fateē: Gustaturū insup  
 hūanas carnes si ita casu obuenerit: Solūq; sapiētē esse liberū  
 malos āt seruos: esse n. libertatē potestātē opandi qua stulti  
 & mali oīo careāt: esse aut & seruitutē aliā que in subiectiōe  
 cōsistat. & tertiā que in cōditiōe ac subiectiōe sit. Cui oppoīt  
 dōinatio & ipsa mala. Non mō aut liberos esse sapiētes uerū  
 & reges. Cū sit regnū imperiū nemini obnoxīū. qd de sapiē-  
 tibus solis asserit. ut chrysippus ait i libro q; zeno ppe sit usus  
 nobis. Statuere. n. ait oportere principē de boīs ac malis hec  
 aut malorū scire neminē. Similiter ad magistratus & iudicia:  
 & oratoriā solos illos i doneos neminēq; malorū. Esse itidē &  
 impeccatēs q; in peccata incidere nō possint esseq; innocuos.  
 Nā neq; aliis nocere neq; sibi misericordesq; nō esse neq; ueniā  
 alicui habere: neq; n. p̄uatica tuos constitutos a lege crucia-  
 tus. Nam cedere misericordiāq; & māsuetudo ipā nulla inest  
 aīg aduersus cruciatus simulatiōe benignitatis: neq; illos arbi-  
 trari duriores. Sapientē p̄terea nihil eorū admirari que uideā-  
 tur mirabilia & insperata: utpote Charonia fluxusq; maris ac  
 refluxus: et fontes calentiū aquarū atq; igniū euaporationes  
 Enī uero neq; solitarius inquit Sapiens uiuet. Est n. socialis  
 per naturā atq; actione gaudet. exercitationēq; suscipiet. fir-  
 mādi ac roborandi corporis causā. Orabitq; inquit Sapiēs. ac  
 uota faciet bona a diis postulās: ut Possidonius in pō de officiis  
 & hecato in tertio de padoxis aiūt. Dicūtq; itē amiciciā solos  
 inter bonos quos sibi inuicē studiorū similitudo cōciliet: posse  
 cōsistere. Porro amiciciā ipsam societātē quandā esse dicūt:  
 omniūq; que sunt ad uitā necessaria: cū Amicis ut nobis ipsis  
 utamur obq; id amicū eligendū pnūciāt. amicorūq; multitu-  
 dinē inter expetēda ponūt. inter malos cōstare nō posse ami-  
 ciciā cū nemine stultorū esse litigandū. oēs q; stultos insanire  
 neq; n. prudētes esse. uerū p insanig equalē stulticiam omnia  
 gerere. Sapientē oibus benefacere sicuti & līmeniā dicimus;



tibiis oībus bene cecinisse: Sapiētē quoq; esse omnia. Quippe  
pfectā illis ptēm a lege pstitā. Ceterū malorū ac stultorum  
quedā esse quēadmodū & iniquorū aliter qdē Ciuitatis aliter  
aut utentiū dicimus. Virtutes sibi inuicē ita esse cōnexas: ut  
quā habuerit oēs habeat esse qppe illarū coēs speculatiōes  
ut chrisippus ī pōde uirtutibus & apolodorus in physice scdm  
ātiquū morē et hecato in tertio de uirtutibus aiūt: q. n. pbus  
sit. ea despicere & agere que sint agenda: que uero facienda  
sint ea & eligēda esse. & sustinēda. et distribuēda & pseueran  
da. Sequunt̄ at prudētiā quedā cōsiliorū maturitas & intelli  
gētia. tēperantiā uero ordinis cōstātia & ornatus iustitiā at  
eq̄tas & gratitudo fortitudinēq; cōstātia atq; ualētia. placet at  
eis nullū inter uirtutē ac uitiū esse mediū. Peripateticis e cō  
tra inter uirtutē ac uitiū pfectū facientibus quēadmodū enī  
lignum aut distortū aut rectū oportere esse aiunt: ita iustū  
uel iniustū. neq; uero iustius neq; iniustius. atq; in ceteris simi  
liter. At uirtutē Chrisippus quidem amitti posse: Cleantes  
uero non posse ait. Ille posse amitti per ebrietatē & atrābilē  
Ille non posse ob firmas ac stabiles cōphensiōes: ipsam uero  
esse eligendam. Eru bescimus deniq; in his que male agimus:  
adeo q. lit honestū: id solū scimus esse bonū. Ipsamq; sibi suffi  
cere ad bene beatēq; uiuendum: ut ait zeno & Chrysippus in  
libro de uirtutibus: & Hecato in secundo de bonis Si enim in  
quit magnitudo animi sola sufficit: qua omnibus fastigio men  
tis trāscendamus. ipsaq; pars uirtutis est. Profecto & uirtus  
sola sufficit ad beatam uitam. ea quoq; contempnens que mo  
lesta uidentur. Panetius tamen & possidonius uirtutē minime  
sufficere dicūt: uerū opus est bona ualitudine & affluentia re  
rū et robore. placet item eis uirtute semp uti: sicuti Cleantes  
ait. Amitti eim non potest semperq; profecto animo utetur  
sapiens. Natura quoq; ius non positione constare. sicuti & le  
gem & rectam rationē ut Chrysippus in libro de honesto ait  
Videtur autē eis ne dissonātiā quidē a p̄ia discedere. Hac  
enim ratione prius deffecturam omnē uitam: q̄ defuturam  
p̄iam ut possidonius in exhortationibus ait. Liberales quoq;  
disciplinas esse magno usui Sapiēti Chrysippus auctor est. pla  
cet item illis nullum nobis ad Animantes ceteras ius esse: ob  
naturę dissimilitudinē: ut Chrysippus in primo de iustitia: &  
possidonius in p̄mo de officiis tradunt. Amaturū quoq; sapiē  
tem eos iuuenes qui pr̄se ferant specime indolis: ingeniuq;  
ad uirtutē aptissimū: ut zeno in libro de re p. & Chrysippus  
in libro de uitis p̄mo et apolodorus in libro de moralibus aiūt

Amorē uero adminiculū beneficentię propter apparentem  
 uenustatē. neq; congressus esse uerū amicicię. Nempe enim  
 thrafonidem & quidē cum haberet in potestate amatā: absti-  
 nuisse ab ea. ne odiretur. esse igitur amorē amicicię nodū. ut  
 Chrysippus in libro de amore ait. neq; esse eū in uitio pulchri-  
 tudinē item uirtutis esse florem. & cum triplex uite genus  
 sit. Speculatiuum actiuū. & rationale. tertiu istud eligendū  
 dicunt. Quippe effectū a natura rationale Animal ad specu-  
 lationem & actionē. Rationabiliterq; aiūt sapiētem seipsum  
 educiturū ex uita et patrię & amicorū causa. siue inter ac eri-  
 mos doloris aculeos. siue mēbrotrū mutilationes: aut incurabi-  
 les morbos illi occumbendū sit. Placet itē illis uxores quoq;  
 cōs esse oportere apud Sapiētes. ut quilibet illi congregiat:  
 quę sibi prior occurrerit. ut ait Zeno in re. p. & Chrysippus  
 in libro item de re. p. Diogene itidem Cynico ac platone hui-  
 us cōmunitatis auctoribus. Omnes eīm patrum instar equa-  
 caritate diligemus: tolle turq; adulteri suspitio & zelotypia:  
 Eam uero re. p. esse optimā. quę sit mixta ex regno & popu-  
 lari dominatu. optimatūq; potentia atq; in moralibus quidem  
 decretis huiusmodi sunt. pluraq; huiusmodi tradunt non un-  
 probabilitatione subnixa. Verū ista summam ac ueluti per  
 capita et elementa tetigisse sufficiat. Ceterū physicā rati-  
 onem diuidūt in locum de corporibus & de principiis et ele-  
 mentis & diis et finibus & loco et inani. Et ista qdē p species  
 diuidunt Generaliter aut in locos tres. de mūdo de elemē-  
 tis tertiūq; de causis. De mundo locum in duas distingui ptes  
 dicunt. Vna enim consideratione in ipsius ascisci societatem:  
 & mathematicos per quam de fixis uagisq; sideribus disputāt  
 Puta si Sol tantus sit. quantus uidetur: & Luę itidē quanta  
 sit magnitudo: et de ortu occasuq; Syderū atq; ceteris huius-  
 modi quęstionibus: Alteram eius cōsiderationē esse quę solis  
 congruat physicis: qua si quę sit illius substantia. Queritur ac  
 de Sole utrū geitus an igenitus sit. & utrū aiatus sit an uero  
 inanimis Corruptibilis ne an incorruptus. et pudentia agā  
 nec ne ac in hunc modū de reliquis. Causalem quoq; rationē  
 & ipsam esse biptitam. Eius alteram speculationē medicorū  
 esse cōmunem quęstionē qua inquirunt de principali anime:  
 et de hiis quę fiunt in animo et de seminibus atq; eius gene-  
 ris ceteris Reliquum uero mathematicos quoq; sibi usurpare  
 quomodo scilicet uidemus et quę sit causa pspicacis phātasie.  
 qua ratione constent nubes tonitruaq; et Irides et areę et co-  
 mete et his similia. Videtur autē illis duo esse rerum omniū



principia. Faciens uidelicet ac patiens. quod igitur patitur sine qualitate esse substantiam materiam: quod autem faciat Verbum Deum esse: quod in ipsa sit. Hunc enim quippe sempiternum per ipsam omnem singula creare. ponit autem hoc decretum Zeno Citricus in libro de essentia: Cleanthes quoque in libro de atomis: & Chrysippus in primo physicorum in fine Archedemus quoque in Libro de elementis et Possidonius in secundo naturalis naturalis rationis. Differre autem aiunt principia & elementa. Nam illa quidem ingenita esse. et corrumpi non posse. Elementa uero per igneam euaporationem corrumpi. Sed et incorporea esse principia. & ipsa informia. Hec uero formata. Corpus autem id appellat Appollodorus in physica: quod se cetur in tria in longitudinem latitudinem & altitudinem. Id autem & solidum corpus appellatur. Porro superficies est corporis finis siue corpus longitudinem solum habens ac latitudinem: sed carens altitudine: Hanc autem possidonius in quinto de celestibus & secundum intelligentiam & secundum substantiam reliquit. Linea planicie finis est siue longitudo absque latitudine: siue corpus solum habens longitudinem: Punctus autem est linee finis notaque minima. Vnum quoque Deum esse: ipsiusque & mentem et fatum & Iouem multisque aliis appellari non inuenimus. Principioque igitur illum cum esset apud se substantiam omnem per aerem in aquam conuertisse. Et quemadmodum in Fetus semen continetur. ita & hanc ferendi rationem in humore talem resedisse: materia ad operandum aptissime parata ex qua cetera post hac gignentur. Tum genuisse Primum elementa quatuor Ignem. Aquam. Aerem. Terram. disseuit ista Zeno in libro de Vniuerso. Chrysippusque in primo physicorum & Archedemus in quodam de elementis. Est autem elementum ex quo primo prodeunt. quae fiunt & in quod extremum soluantur. Esse autem quatuor elementa. primum simul Infectam seu incompositam substantiam materiam. Esse autem ignem calidum. Aquam humidam. Aerem frigidum. terramque aridam. Non solum sed etiam adhuc in aere inesse eandem partem: Summo igitur in loco ignem esse quem ethera dici oportet: In quo primum immobilium astrorum orbem esse natum. Deinde errantium post hunc aera. Tum aquam: Extremam autem omnium terram: quam mediam omnium esse. Mundum uero tripliciter dicunt. ipsumque Deum. quem ex omni substantia dicunt propriam qualitatem: qui et incorruptibilis et ingenitus sit Opifex tanti operis componendi ut quotannis orbem suum pergit Sol in seipsum omnem substantiam consumens

ac eam rursus ex seipso gignens ipsamq; ornatum Celi mun-  
 dum esse dicunt. Tertium quod sit ex utrisq; compositus. et est  
 mundus proprie qualitas uniuersorum substantiarum. Siue ut ait  
 Possidonius in methericis preceptis: qui constat ex celo &  
 terra. & terrenis celestibusq; naturis: Siue qui constat ex Diis  
 et hominibus eisq; rebus que horum gratia condite sunt: Celum  
 autem est extrema circumferentia: In qua diuinum omne fi-  
 xum ac locatum est. Mundum quoq; regi ac disponi secun-  
 dum mentem ac prouidentiam. ut Chrysippus ait in quinto  
 de prouidentia & Possidonius in tertio decimo de Diis. men-  
 te per omnes illius partes pertingente sicut et in nostra ani-  
 ma contingit: Sed per alias magis per alias minus: Per alias  
 enim ueluti habitus recessit ut per ossa ac neruos. per alias ue-  
 luti mens ut per principale. Sic igitur & mundum totumq;  
 animal est: & animatus ac rationalis. habere principale suum  
 ethera: ut ait Antipater in octauo de mundo. Chrysippus au-  
 tem in primo de Prouidentia & Possidonius in libro de Diis:  
 Celum aiunt Principale esse mundi. Cleanthes uero Solem.  
 Chrysippus autem rursus a se dissidens in eodem purissimum  
 dixit ac liquidissimum ethera. quem etiam primum assereunt  
 esse Deum: sensibiliter ueluti infusum esse per aera omnia.  
 cunctasq; animantes & arbores. per terram autem ipsam se-  
 cundum habitum Vnum esse mundum & hunc finitum rotan-  
 da globosaq; figura. Namq; admotum esse huiusmodi orbem  
 aptissimum ut ait possidonius in quinto de ratione physica &  
 Antipater in libris de mundo. Extra ipsum autem circum-  
 fusum esse uacuum immensum: quod sit incorporeum. Incor-  
 poreum autem id esse quod a corporibus contineri queat non  
 autem contineatur: porro nihil in mundo esse uacuum sed in-  
 ter se mirabili esse unitate deuinctum: Id enim cogere cele-  
 stium ad terrenam concordiam & congruentiam. De uacuo  
 autem disserit Chrysippus in libro de inani: & in primo natu-  
 raliu artium & Apollonophanes in physica. Apollodorusq; &  
 possidonius in secundo rationis naturalis. Esse autem incor-  
 poreum ista similia. Tempusq; preterea esse incorporeum: quod  
 interuallum sit mundani motus. huic preteritum quidem esse  
 infinitum ac futurum. presens autem finitum. Placet autem  
 eis corruptibilem esse mundum. quippe genitum eorum rati-  
 one que per sensus intelligatur. Cuius & partes sunt corrup-  
 tibiles & totum. Partes autem mundi corruptibiles sunt. In  
 se enim inuicem mutantur: Est igitur corruptibilis mundus  
 ac quicquid mutari i deterius potest corruptibile est. & mundus



autem huic mutationi & corruptioni obnoxius est. Namq; & siccatur et in humorem soluitur. Mūdum uero fieri cum ex igne Substantia p aerem uersa in humorem fuerit. Deinde crassior ipsius pars effecta fuerit. terra porro subtilior in aerē cesserit: Eademq; magis ac magis extenuata in ignem euaserit. Tum ex his permixtis exortas esse animantes. & arbores: & alia genera mundanę creature. De generatiōe igitur et corruptione mundi et Zeno in Libro qui de toto inscribitur disputat: et Chrysippus in primo phylicorum. et Possidonius in primo de mūdo: Cleanthesq; et Antipater in decimo de mundo Porro Panetius corruptibilem asserit mundum. q; autem sit animal mundus & rationale et animatū: et intelligibile et Chrysippus in primo de prouidentia disserit: et Apolodorus in phisica & possidonius. Sic autem animal quod sit substantia animata sensibilis. Animal enim eo quod non sit animal præstantius est: Nihil autem mundo præstantius est. Est ergo animal mundus. Porro animatum esse inde manifestum est. q; aīa nostra inde uelut auulsa sit: Boethus autem ait non esse animal mundum. Vnum autem esse et zeno in libro de toto: & Chrysippus & Apolodorus in naturalibus & Possidonius in primo naturalis ratiōis tradunt: omne autem dicitur ut ait Apolodorus Mundusq; & secundum alterum modum id quod ex mundo & exteriori uacuo constat. Mundus igitur finitus est Sed inane illud infinitum. Ceterum Sidera illa quidem que fixa sunt cum celo toto uia circumferri. Errantia autem suis motibus agi. Porro Solem obliquum iter peragere per signiferum orbem. Lunamq; similiter nunc plenā esse nunc cornibus fulgere. Esse autem Solem quidem purissimum ignem: ut ait possidonius in decimoseptimo de celestibus. Ac terrę molem suamagnitudine uincere ut Idem ait in decimosexto naturalis rationis. Esse item orbicularem ad mundi rationem Idem ipse auctor est. Ignem ergo esse quod omnia ignis peragat munera: maiorem autem terrę globo: quod omnis ab illo illustretur. Neq; ipsa modo sed & celum: Idetiam quod Terra Coni instar umbram faciat maiore esse significat. Omnibus autem ex partibus cerni propter magnitudinem. Lunam uero plus habere de Terra quippe quę illi propior est. Nutriti autem hec ignea & astra cetera Solem quidem ex mari magno quod sit intellectualis uapor. Lunā uero ex potabilibus undis quod sit pmixta aeri: ac uicina terrę ut possidonius in Sexto de ratione nature ait: ex terra cetera. Putant & sydera globosa esse & immobilem terram Lu



namq; proprio carere lumine. Sed id a Sole mutuari. Defice  
re autem Solem quidem cum ante illum ex ea parte qua ter  
ras respicit se appoluerit Luna: ut in libro de toto scribit Ze  
no. Apparet enim quando ex concursione mutua illum occu  
lit. rursumq; restituit. Notatur id maxime per Vas aerum  
patens in qua sit aqua: Lunam uero cum in Terre inciderit  
umbram quocirca tunc solū hoc defectu laborare cum ple  
na fuerit. Et quidem cum per diametrum Soli Mensibus fin  
gulis obiecta sit. Nam cum obliquo motu contra Solem mo  
ueatur. Latitudine differt: cum uel ad australem uel ad Sep  
temtrionalem uergit plagam. Cum tamen illius latitudo ad  
Solis et eam que media interiacet Latitudinem uenerit. De  
inde fuerit emēsa Solem: tunc deficit. Mouetur autem eius  
latitudo per ea que media sunt in Chelis & Scorpio & Ariete  
& Thauo ut ait Posidonius. Deū uero esse animal imortale  
rōnale pfectū sue intellectuale: beatum a malo omni remo  
tissimum: prudentia sua mundum & que sunt in mūdo dispo  
nens omnia non tamen inesse illi humane foris Lineamēta  
Ceterum esse quidem opificem immēsi huius operis. sicuti &  
patrem omnium. Communiter autem et ipsius partem: que  
per omnia penetret eamq; multis appellari nominibus iuxta  
proprietas suas. Namq; louem dici quod omnes iuuēt, eum  
q; grece appellari quod per ipsum sint omnia:  
Eundem zenade uocari: quod uite omnium sit  
auctor. Athenan autē quod in ethore distentum  
sit principale eius ipsum Heran uero quod in  
aere quod in artificiali igne  
quod in humore Ceteremq; quod in  
terra. Similiter et appellationes alias probabili quadam rati  
one interpretati sunt de diuina substantia. Zeno ait mundū  
totum atq; celum Chrysippus quoq; in primo de Diis & possi  
donius in primo de Diis: & Antipater in septimo de mundo.  
acriam ipsius substantiam tradunt. Boethus autem in libro de  
natura dei Substantiam fixorum Siderum dixit Naturam  
uero aliquando quidem exponunt que continet mundū Ali  
quando uero que germinare humum facit. nasciq; super ter  
ram omnia. Est autem natura habitus ex seipso motum acci  
piens iuxta seminale rationem: efficiensq; & cōtinens que  
q; ex ipso sunt: statutis diffinitisq; temporibus: eaq; faciens a  
quibus discreta per naturam est. Hanc autem & uoluptati  
preferre commodum: quod ex hominis constat opificio. Fato  
autē fieri omnia. Chrysippus in libris de Fato: & Posidonius



in secundo de Fato & Zeno Boethus quoq; in primo de Fato tradunt. Est autem fatum Connexa rerum series siue ratio. per quam mundus administratur. Diuinationem item omne aiunt subsistere: siue etiam esse prouidentiam. Ipsamq; per ascensus quosdam artem diffiniunt. ut ait Zeno & Chrysippus in secundo de diuinatione Athenodorusq; & Possidonius in duodecimo de ratione nature. & in quinto de diuinatione. Panetius autem hanc non subsistere dixit: Enimuero rerum omnium substantiam primam materiam dicunt. ut & Chrysippus in primo rerum naturalium: & zeno. Est autem materia ex qua quodlibet fit. Appellaturq; dupliciter materia scilicet atque substantia. siue illa omnium siue rerum singularum. Ac ueluti particularium causa. Ac omnium quidem materia neq; maior neq; minor efficitur. Est autem alia eorum que in parte sunt. Corpus autem esse substantiam diffiniunt. Idq; finitum ut Antipater ait in Secundo de substantia: & Apollodorus in physica passibilisq; est ut Idem ait. Nam si esset immutabilis: nulla ratione que fiunt: ex ea fieri possent. Hinc & illius sectio in Infinitum tenditur. quam infinitum Chrysippus ait. nihil enim infinitum est: In quod sectio cadit. Verum finita est Concretiones item fieri per totum: ut Chrysippus in Tertio naturalium ait. & non per circumscriptionem & appositionem quippe uini modicum pelago iniectum aliquandiu dorso se & quoris intendens oblectabitur: postmodum defluet atq; una corrumperetur. quosdam item esse demones dicunt: quibus inuit hominum miseratio: inspectores humanarum rerum herosas quoq; solutas corporibus sapientium animas. Porro ex his que manant ab aere hiemem quidem esse aiunt aerem super terram algidum: ob Solis in anteriora processum. Verum autem temperiem aeris quando suo ad nos cursu solagitur. Estatem uero eminentem terre aerem conotum: & calefactum Solis ad septemtrionem cursu. Autumnum quoq; fieri recursu Solis a nobis ad ea loca a quibus fluunt. Ceterum eiusce tempestatum gignendarum auctorem esse Solem nubes euaporantem. Irim uero refluxus esse ab humidis nubibus radios: siue ut ait Possidonius in Celestibus declaratio scissure Solis siue Lunę in nube roscida concava atq; continua ad ymaginationem ueluti in speculo conspicans magni Orbis Circumferentiam. Cometas autem & Pogonias & Faculas ignes esse subsistentes: quando crassior aer ad etherea loca peruehitur. Iubar autem repentini ignis incendium quicito per aerem fertur. Longitudinisq; phantasiam insinuat. Pluuiam uero conuersionem ex



nubibus in aquam: cum siue ex terra siue ex mari in sursum delatus humor esse statu caruerit. Eam uero congelatam pruina dici. Grandinem uero concretam nubem a uento comminutam. Niuem autem humorem ex concreta excussum nube. ut ait Posidonius in octauo de ratione nature. Coruscationem accensionem nubium que aucto illiduntur atque rumpuntur: ut Zeno ait in Libro de toto. Tonitruum uero fragorem esse: qui ex nubium collisione perficitur. Fulmen autem incensionem ualidam uehementi cum impetu terris irruentem cum inuicem vi uentorum colliduntur Nubes atque pertrumpuntur. Alii conuersionem ignei ac flammantis aeris uiolenter delapsam Typhonem uero fulmen uiolentum magnaui Spiritus demissum siue fumantem Spiritum Rupta nube dilapsum. presterem nubem igni circumfulam cum flatu in terre concaua: siue concluso & coartato spiritu in terra: ut ait in octauo possidonius. Esse autem illius plura genera. scilicet Terrymotus. Hiatus. Illuies. Ebullitiones. Placet autem eis & ordinem ita se habere. Terram medium Centrationem obtinere post quam globosam aquam & ipsam ideam habere centrum cum terra. Ita in aqua terram esse. Post aquam rotundum aerem sphaeram instat. Esse autem in celo Circulos quinque. Ex hiis primum Septemtrionalem. qui semper appareat. Secundum Tropicum aestiuum. Tertium equinoctialem. Quartum Hiemalem tropicum. Quintum Antarcticum qui non appareat. Dicuntur autem Paralleli quia non in se inuicem conueniunt. Describuntur tamen circa idem Centrum portio Zodiacus idest signifer circulus obliquus est. quippe parallelus lustrans. Quinque autem sunt Zoni super terram. Prima australis super arcticum circulum rigore frigoris inhabitabilis. Secunda temperata. Tertia nimia uis aestus inhabitabilis: que torrida dicitur. Quarta temperata. Quinta septemtrionalis itidem frigore inhabitabilis. Opinantur item Naturam ignem esse artificialem suo itinere ad generationem tendere idest spiritum ignis Specie artificis prae se ferentem. Animam uero sensibilem eamque esse nobis insitam & ingenitum spiritum. Ideo & corpus esse ac durare post mortem. esse tamen obnoxium corruptioni. Ceterum mundi animam esse incorruptibilem Cuius partes sint animantium animae. Zeno autem Cittiæ & Antipater in Libris de anima. & possidonius Animam spiritum calidum dicunt. Hoc enim spirare nos atque ab ipso moueri. Cleanthes quidem omnes perdurare quas hic spiritus calor attigerit. Chrysippus solas Sapietium per-



petuat animas. partes autē aīe octo esse dicunt. quinq; sensus  
& que nobis insunt feminales ratiōes. uocalemq; & rationale  
partem. uidere autem cum id quod inter uisum subiectumq;  
lumen est: in Coni intenditur speciem ut Chrysippus in secū  
do naturalium ait. Apolodorusq; equidem aeris illam partem  
que Coni speciem habet prope uisum. Basim uero prope id qđ  
cernitur fieri. quasi igitur per uirgam intento aere quod ui  
deatur renuntiari. Porro audire cum is qui medius inter lo  
quentem & audientem est aer uerberatur orbiculariter. De  
inde agitated auribus ifluit. quemadmodum & cisternę aqua  
per orbes iniecto agitatur Lapide: Somnum uero fieri cum  
uis sensibilis circa principale soluitur nostrum. Causas uero  
perturbationum reddunt eas: que circa Spiritum fiunt con  
uersiones. Semen autem esse dicunt: quod eiusmodi gignere  
potest a quibus quoq; ipsum discretū sit. Porro hominis semē  
quod emittit homo una cum humido animę commisceri parti  
bus pro commixtione maioris rationis. Id autem Chrysippus  
in secundo naturalium ait: Spiritum esse secundum substanti  
am: idq; ex iactis in humum seminibus cōstare: que cum an  
tiquata fuerint non iam nascuntur: quod scilicet spirauerit il  
lorum uirtus. Atq; ex omnibus Corporibus defluere id ait  
Sphærus. Omnes ergo gignere corporis partes. Porro femi  
nę semen infecundum esse aiunt: imbecillumq; ac modicum:  
& aqueum ut Sphærus ait. Principalem uero potissimam ac  
propriam esse animę partē: In qua phantasie appetitusq; gign  
antur. atq; unde sermo emittatur. Id autē in corde esse: Sed  
enim ista secundum illos de rebus naturalibus quantum suffi  
cere ad presentis operis compendium arbitrati sumus. Hac  
tenus sunt dicta. Que nam uero sint in quibus illorum senten  
tie differant breuiter adnotandum. Aristochius Phalantusq;  
cognomēto siren finem esse dicunt ad aliquid inter uirtutes  
ac uitia indifferenter uiuere. nullam quamlibet modicam ua  
rietatem relinquendo. Sed eque se in omnibus habendo. Esse  
autem Sapientem preclaro bistrioni similem qui siue thetisi  
siue Agammenonis personam fingat: utrumq; decentissimo  
gestu imitatur. Naturalem item ac rationale in locum sustu  
lit: dicens alium quidem esse supra nos. alium nihil ad nos. So  
lam autem que mores instituat. partem ad nos pertinere. Si  
miles autē esse orationes dialecticas dicebat aranearum telis:  
que et si quid artificiosum indicare uideantur: inutile sunt.  
Virtutes quoq; neq; plurimas inuexit: ut zeno neq; unā que  
multis appellatur nominibus. ut Megarici. Sed & id quoq;



quod ad aliquid habere dicitur. In hunc autem modum philo-  
sophans atq; in cynosarge differens ferme obtinuit. Vt sectę  
proprie Inuentor diceretur: Milciades deniq; & Diphylus  
Aristonii appellabantur. Erat autem illi magna persuadēdi  
vis: plebiq; se maxime accōmodabat. Vnde & de illo Timon  
ait. Et si quis Aristonis de stirpe populū attrahens. Congres-  
sus autem Polemoni ut Diocles ait Magnesiū. Cum Zeno  
longum incurrisset morbum sententia decessit. maxime au-  
tem Stoico dogmati ille intendit animum: quo dicunt sapien-  
tem esse opinabilē. Cui Persęus reluctatos geminos fratres  
induxit. Vt alter ex hiis illi depositum daret. Alter deinde  
reciperet atq; ita hęrentem corripuit. Exercebat autem ad-  
uersus Arcesilaum inimicicias. Vnde cum uidisset Thaurum  
monstruosum matricem habentem me miserum inquit. Da-  
tum est Arcesilaō Ephibirema aduersus euidētiā. Acha-  
demico cuidam quicquam se comprehendere neganti. Ergo  
ne inquit hunc iuxta te sedentem non uides. Negante illo:  
quis ergo te inquit excecavit. quis ipsa lumina abstulit. Ferun-  
tur eius ista volumina. Exhortationum libri duo. De Zeno-  
